13 Vasallo delictum committente ob quod eius bona publicãtur ad quem deueniat feudum.
14 Testamentum ingressi religionem an valeat si partem det monasterio extraneo herede instituto.
15 Actu mediato existente certo non curatur immediatus.
16 Relictum a tutore censetur relictum a pupillo.
17 Familie nomine veniunt per ordinem hi qui tempore testamẽti fuerunt in familia.
18 Prohibitio legis an differat ab ea que est testatoris vel pactionis contrahentium.
19 Filius an preferatur nepoti patre dicente filium z nepotem mihi heredem instituo.
20 Alienatio inter viuos equiparatur heredis institutioni.
21 Voluntas sola inter viuos dominium non transfert.
22 Prohibitio alienationis a quibus fieri solita sit.
23 Alienatio prohibetur fieri titulo singulari sed non titulo vniuersali.
24 Alienationis prohibitio facta cõtrahentibus an sit seruãda.
25 Alienatio prohibita ab herede fieri potest propter ea alienum
26 Dominium an possit non transferri in contractibus.

1 Deto, Blo. diuidit in tres partes z bene. † ba dispositiua ad quẽcuqz pzolata inducit fideicõ. petitionẽ: h. d. ibi placuit. id est videtur p hec verba relinquere fideicõmiſ. lucio titio. dy. ibi ita locutus est heredi instituto pro parte. dy. ibi partem hereditatis delate ipsi lucio titio ex institutione. dyn. ibi. precipiente. i. ante partem capiẽte lucio titio. i. p herede grauato. dy. ibi hoc probare. f. z iste casus nõ est alibi. dy. f. qs fideicõmiſ. secundo casu valeat. dy. ibi. petatur ab his passiue z his qui conueniũt ad fideicõmiſ. dy. ibi. idẽ dicemus qs fidei. valeat. dy. z iste casus non est alibi. dy. ibi. ita loquatur dirigendo verba ad scriptum

2 insolidũ. dy. in glo. ij. in fi. z est ar. † quod qñ papa concedit principi regium ita dicens, volo qs firmiter tibi habeas saltem videatur cõcedere titulum. Jac. in glo. ſcs. heredibus ibi. vt hic. z iste casus in. l. ista dy. ibi. §. diuinã. videtur dispositio nuda cum nõ exp̃essit cum contemplatione verba fideicõmissarij proferret. dy. ibi. so. ibi. qz ibi fideicõmiſ. esset inutile. Old. ibi, phibitiõis, idest dispositionis. dy. ibi. coheredib⁹ z merito coheredib⁹. nam ꝛc. dy. ibi. qs esse põt z hoc nõ vt esse cõtra regulã qz hoc contingeret ex postfacto nõ ab initio. vt. ff. de inoffi. testa. l. certa. z. l. filius. z. l. nã z si parentibus. §. filius. sed hic fieret ex volũtate defuncti in cõtrarũs cõtra voluntatẽ. dy. z pro declaratione presentis materie dic aut verba sunt dispositiua aut demonstratiua aut causatiua. primo casu siue referãtur ad heredem siue ad quemcunqz inducunt dispositionem. vt hac. l. i. z. l. milites. z. l. cũ pater. ff. de lega. j. l. z es modo. C. de testamen. vbi de hoc dixi. sa

3 tis. z de contrahenda emptione. l. non idcirco fallit in deposito quod sit gratia deponentis supra depositi. l. j. §. penultimo z in mandato re integra supra de procurato. an litis. z institu. mã. §. recte. Item fallit in precario. vt. j. de precario. l. cum precario. † Item fallit in societate qua quis non detinetur inuitus. vt supra. de conditio indebiti. l. si non soluerem. §. si centum. si autem vult recedere a re vt quia tenet alternatiue ad duo z vult mutare. dic aut habet tacitam electionem aut exp̃essam. si tacitaz aut in alternatiuis potest eligere. vt supra de iur. doctum. l. plerumqz. et mutatur. vt. j. de verborum obligationi. l. cum qui certarum. §. cum pure. vbi de hoc not. et dixi sicut et in homine in genere vbi potest mutare. vt supra de conditio. indebiti. l. cum is. §. penultimo si exp̃essam vt quia stipulator dixit quem eligam aut quem volam tunc licet mutare. vt. j. de verborum obligationi. l. si stipulatus. in vltimis voluntatibus. aut vult mutare circa dispositionem aut circa immutationẽ et tunc aut rerum aut personarum primo casu licet mutare. vt. ff. de iure codicillorum. l. dum. §. licet et. j. de lega. tertio. l. si quis in principio testamenti. si circa renuntiationem seu repudiationem vt

4 quia agnouit legatum vel hereditatem et penituit refert quia aut dixi volo adire z tunc non nocet † quia verbum volo est cõfusum. vt. j. ad tertullia. l. filiũ. alias dixi repudio vel non agnosco z amplius non mutat quia sufficit semel voluisse vt. C. de repudianda hereditate. l. sicut. nisi sit minor. vt. C. de minor. l. z si fine. §. restitutus. si vult mutare circa res ante a se relictas aut sibi primo casu quia dixit lego stichum aut pamphilum si heres vnumeligat non mutet. vt in. l. contraria. vt supra. vt eodem statuliberum. in fin. z sic vltime voluntates differunt in hoc a contractibus sicut z in multis alijs. vt. j. de regulis iuris. l. in testamentis † si circa res sibi relictas puta quam elegeris non licet mutare si electio tenuit. vt. ff. de legatis. primo. l. apud audi-

5 dium alias licet. vt. eodem titulo. l. secunda. z. j. de col. bo. l. non nunquã. si circa personas potest mutare vt hic: z est ratio quã supra dixi. Si autem quis vult mutare in iudicio: aut ante litẽ contesta. z potest. vt. ff. de rei vendicatione. l. qui se. Ii. fallit eodem titu. l. finautem. in principi. Item si maliciose hoc faciat. vt. ff. de dolo. l. si. vel potest mutare ante litis contesta. z post, ni si interest aduersarij. vt. ff. de interroga. act. de etate. §. celsus. et potest interesse. vt. ff. de rei vendicatione. l. fina. si post lit. contesta. non potest. j. de donationibus. l. quidaz. ff. de nor. l. electio. §. negz. vel si pro bo. erroꝛem. vt. C. de iuris z facti ignorantia. l. erroꝛ. z. ff. an actio de peculio est annalis. l. quesitum. z de interrogato. actio. l. de etate. §. celsus. vbi de hoc. Et hic vide quod notatur per Dyn. extra de regulis iuris. c. quod semel placuit. z cap. mutare. z per Archidiacoñ. xij. questio. j. cap. certe. z. plene dixi dicta. l. sicut de actio. z obligatio. ibi frustra. id est inutiliter. Jacobus. Electione ex testamento primi testatoris durante. nec ob. ff. de heredi. instituen. l. iij. §. penul. vt ibi not. ibi non constitit. id est nõ valet. Dy. ibi. Quod datur subaudi idem z dic datur. id est ab herede relinquitur. Dy. ibi. Voluntas in eligendo. Dy. ibi. Comparabitur ille qui fuit electus. Jac. ibi. nõ fuisse creditor. z ideo nõ valet tale legatũ. Dy. ibi. Siue mutet aliũ eligendo quod fieri potest semper viuente eo qui habet eligere vt dicta. l. cum pater. §. a filia. j. eod. Oldra. ibi. Competit. scilicet primo electo. Oldra. Jn glossa. nam etiam si nõ legaret ibi agereturꝫ. sed tunc nõ vnus solus sed omnes agerent. Jaco. Jn glossa vltima. ibi. morietur heres sed in cõtrario de presenti collatũ erat ius eligẽdi ij hec videt falsa. vt. ff. eo. l. statuliberũ. §. stichũ. Sed dic vt ibi dixi vel quod ibi dixi eligendi facultas limitata erat vsqz ad diem hic aũt erat in diem collata. Dyn.

6 Si de falcidia, Secũda pars z dicit heres prestans ex testamento testatoris non intelligitur libertatem conferre. h. d. Et quod dicit falcidia dic. scilicet detrahenda vel non detrahenda. Dy. non enim facultas respectu electi. Dynus ibi. Necessarie electiones respectu alicuius in genere. Oldra. Vel dic necessarie. id est in mente heredis. nam posset agi contra heredem z compelli vt eligeret. Jacobus de ra. ibi videatur relinquisse heres illi electo. Dy. q. d. mihil quia ꝛc. Oldra. ibi. Itaqz quia necesse habet heres eligere. Dyn. Vel quia videtur ei primo testamento legatum qui postea electus est. Jac. ibi in dispari gradu ad hoc contra. ff. e.

7 l. cum tale. §. in fideicommisso. † Sed dic q si fideicommiſſum fuit relictum familie simpliciter per gradus vocãtur vt ibi: hic vero non simpliciter sed vni quem heres elegerit vnde hec verba debent aliquid operari. dyn. ibi. Reliquisse. id est vnum elegisse vt per hoc alij excludantur. dynus ibi. Paritum est voluntati eligendo. pnum. Dynus ibi. Ceteri conditione deficiunt communi que est si nullus eligatur. Oldradus. Et propterea non admittuntur ad petiones fideicommiſſi. ibi. Sed si vno tertia pars. dynus ibi. Herede instituto insolidum. dyn⁹ ibi. relictus est insolidum. dynus ibi. Et illo testamento. scilicet primi testatoris. dynus ibi. Petetur per alios duos de familia. dynus ibi. De familia primi testatoris. dynus ibi. extitisset sed non omnino perinde z ideo sequitur verum ꝛc. dynus. ibi. Verum is de familia. dynus ibi. Qui heres scriptus ab herede. dynus. ibi. Ratione doli exceptionis. id est opposita doli exceptione si possit. dynus ibi. Facere partem virilem. dynus ibi. Hãc que. ratio quia sunt de familia. dynus. Et nota istam rationes ibi ceteros non institutos. dynus ibi. Admittit ad reuocationem. dynus ibi. eadem. scilicet ratio. dynus ibi. Compensationem. id est retentionem. dynus. Sed computationem ibi. Si duos quarta pars. dynus. ibi. Non equis maxime idem si eqs. dynus ibi. Extero. id est qui non est de familia. dyn. ibi. Jure hereditario. id est per delationem hereditatis tamen vt relictum a primo testatoꝛe. vt patet. j. ad. l. falc. pater filium. Old. Jn glo. non petetur per alios de familia nec per ipsos inequalitatis ratione allegata z horum vtrũqz probat nõ magis ꝛc. et probetur. ff. titu. prohi. l. filiuſſa. §. cum pater. penul. responso. Old. ibi. Pro altera vero parte. scilicet quarta. dy. ibi. Cõpensatione. i. retentione. dy. Sed z si fundum quinta pars vsqz ad. §.

8 ogo. dy. † Et primo quero quare non valet si nihil relingt. Rñ deo qz quẽ nõ honoꝛo ꝛc. Secũdo op. qs nõ valeat etiã si relinquat electo nolente legatũ apprehendere. vt. ff. de mino. l. si minoꝛ. xxv. annis. sed dic qz cũ eligi possit eũ grauare tantundez propterea relinquendo. Item op. qs etiã si vnus capiat teneat vt in ver. sed si quid verum est postq̃ agnouit. Tertio op. quod nõ potuit relinquere. vt in princi. l. sed relinquendo videtur eligere. Quarto opp. qs nõ teneaꝫ alijs de familia eminentibus post mortem electi quia legatum fuit in specie relictũ sed hic a sciente. item contra qz videtur relinquere solum ius qs habet licet illud morte finiatur. vt. ff. de lega. j. l. quod in rerum. §. j. z. l. si

sticho. sed hic contulit fideicõmissum in tempus quo certũ erat eum nullum ius habere: sed solum legatarij electum. Quinto op. quod nullo modo possit extranea⁹ petere: sed ceteri de familia etiaz si tantũ fuerit relictũ quantũ erat. in pretio fundi. vt. ff.

9 ver. sed si vno. fo. vt in glo. z ratione quere. † Itẽ cũ fundus pertineat ad extraneũ videt qs ceteri de familia admittant̃ viuente electo. vt. j. e. l. cum pater. §. libertus. sed potest dici qs viuente electo petitiones impediat aliqualis necessitas electo imposita per heredem sicut z alis. j. e. l. peto. §. predium. dy. ibi heres primi testatoris. dy. ibi reliquerit specialiter z pro hoc videtur eũ elegisse. dy. Et per hoc trãfertur in eũ dominium nõ qũr in fideicõmissariũ extraneũ fine facto eius. dy. ibi extero. i. ei qui nõ erat de familia primi testatoris. dy. ibi ab extraneo. i. p extraneũ. dy. ibi si preterea. i. preter fundum. dy. ibi tantũ eidem de familia cui erat fundus relictus. dy. efficiat als non posset per extraneum peti. dy. ibi in expedito fore: nam extraneus habebit rez cũ effectu nec poterit ab aliquo de familia aduocari. dy. ibi qs si talia verba fuissent a primo testatoꝛe prolata. dy. ibi. qs in ex terũ. i. eum qui de familia nõ est. dy. ibi oneratũ intelligi ad esti mationem fundi extraneo fideicõmissario. dyn. ibi deinceps. i. post mortẽ eius cui erat legatum quod de familia exierat. dyn. Qualicũqz grauati dispositione huic nequaq̃ obstante. Oldr. ibi cautionibus. i. interposita cautione. dy. in glo. ideoqz. in fi. Oppone qs si locus est detractioni falcidie ex testamento sempronij saltẽ portioꝛ que detrahatur per falcid. debeatur ex testamento titij. ff. ea. l. meuius. in prin. qs concedi põt z illud defalcetur. vt ex testamento titij. sed in relictis ab eo locus est falcidie. arg. j. ad leg. falcid. l. j. §. si quis creditor. z de dote prelegata. l. ij. §. idẽ iul. querit. dy. in glo. ij. que incipit nõ em. in fin. z. j. de rebus dubijs. l. vtrum. Old. in glo. nõ etiã ibi. iij. respõso. z. l. si quis titio. §. vlt. Old. in gl. hoc est. ibi detraheret falcidiã here dis. Old. in glo. ideoqz. in fi. f. qs si cõmitto alicui electio, qs eligere videor. z facit ad id qs dixi. ff. de procura. l. j. an possit cõstitui procura. ad constituendum alium procur. z. qs dixi. ff. de hered. institu. l. sed si in conditione. §. solemus. in glo. necesse habet heres eligere. vt. j. ad trebel. l. heredes. §. fi. Jaco. in glo. j. petent ibi ex testamento contra heredem titij. dy. in glo. hoc videtur falsum. in fi. sed si eum instituisset nec alteri legasset fundum videretur eum elegisse. arg. ff. rit. j. l. filiuſſa. §. penul. C. de scdis nupt. l. si quis priorꝭ. ver. certũ. z. j. §. pri. Jac. in eadẽ glo. ibi apud heredẽ remaneat. ergo non habeꝫ p electo cũ aliquo tpe nõ fuerit penes eũ dñium vnde alij ad petitionem admittunt̃. dy. in glo. que transit ibi pro vna parte. alias p sua. dyn. in glo. est aũt hec ratio: ibi rei ven. nõ actione ex testamẽto z sic nõ est proprie cõpensatio: qz quis tenetur rei ven. nullo iure est obligatus. insti. de act. §. j. dy. ibi sed si vnus ex alijs nõ institutis. dy. in glo. i. hoc ipso ibi heredes rogati. i. titũ qui fuit rogatus. dy. in fi. dicit ergo hereditario. i. p delationẽ hereditatis tñ vt legatũ a sempronio: vt patet. ff. z. j. ad. l. fal. l. pater filio. dyn. in glo. esset de familia in fi. so. colligitur ex eo qs no. s. de acqui. here. l. si quis mihi bona. §. iussum. dy. vel dic fm Jaco. de bel. qs ibi

10 est species z genus † trunc generi per speciem derogatur: vt. j. de regu. iur. l. in toto. z vt ibi no. hic aũt est genus tantũ z argumẽtatur hic de specie ad genus z tunc dic vt no. ff. de admi. tuto. l. si duo. Jac. de bel. in glo. si simul variant. in fi. vel dic vt no. ff. l. cum quid ã. dy. in glo. secus si minus. ibi qualitercũqz varies scilicet sumendo eas preterea siue propterea. Old. in glo. cum determinatione ibi secundo herede vel non herede: vt dixi circa tertum. dyn. in glo. quia tunc ibi vt z ibi not. hoc approbat. dyn. ibi vel attende an propterea est ergo differentia inter preterea z propterea. dy. ibi non propterea z male. dyn. ibi alioquiz si propterea presumeretur instituisse. dyn. ibi. §. si duos. z fm hoc in ver. petituris. electus siue heres ei⁹ dato q̃ sit de familia nõ facit partem alijs. Old. ibi quia alijs. si propterea non legat. dyn. ibi diceretur nullum grauamen. dyn. ibi a fideicommiſ. imo in hoc dic. vt no. C. communia de leg. l. quaz glos. puto veriozem. l. qm̃ indignus. z cõia de leg. l. oẽ verbũ. si non sunt inepta vel continentia impossibile. vt. l. impossibilium. ff. reg. iur. z. l. seruo. §. fi. de leg. j. Secundo casu siue demonstratio sit vera siue sit falsa non impedit dispositionẽ nisi als non esset legatarius si falsam sciisset: vt. j. de conditio. z demonstrationi. l. demonstratio. z. l. cum tale. §. falsum. Tertio casu aut causa est de preterito: aut de futuro. primo casu idem qs dixi in demonstratione: vt. l. si ita dicta. l. cum tale. de conditio. z demonstra. Secundo casu non inducunt fideicommiſſariũ: vt. ff. eo. l. titio. in

11 prin. † Quarto casu principali aut sunt enunciatiua incidenter propter aliud z nõ inducũt dispositionem. vt. C. de testa. milita. l. ex his verbis. nisi in milite: vt ibi. z. C. de proba. l. non, epistolis. z de iure patro. l. caius. z ita posset intelligi dicta. l. titia. aut sunt prolata principaliter propter se: z tũc aut queritur nunqd

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducant dispositionem cõtra propriam significationẽ. Primo casu dic qs nõ. vt. ff. eo. l. titia. §. caius. secundo casu aut incerta incerti hominis: aut certa. primo casu non inducant. vt dicta. l. titia. §. lucius. secundo. ff. eod. Secundo casu aut proferũtur in vltima voluntate. Et tunc dic aut m prẽiudiciũ tertii. z fauorẽ suũ vel heredis aut in fauorem heredis: sed nõ in prẽiudiciũ alicuius aut in prẽiudicium heredis z in fauorẽ legatarii vel alicuius alterius. aut nihil tale continetur. Primo casu nihil operãtur. vt. C. de testamentis. l. verba. vbi de hoc no. z dixi. Secũdo casu nihil operantur cũ magis sit consilius. vt. j. e. l. cũ pater. §. mando. l. verba. vbi de hoc no. z dixi. Tertio casu aut proferuntur ad legatariũ z nõ inducunt fideicommissariũ cũ sint blandicie. vt. j. de vsufruc. leg. l. generali. in prin. z vide quod dixi: aut proferuntur ad heredem: z tũc inducunt diſposiſ. vt. j. de donatio. l. et hac scriptura. vbi de hoc no. z satis dixi. z. ff. e. l. vnũ ex fa. §. ff. z. j. e. l. lucius. §. quisquis. z de leg. iij. l. pamphilo. Quarto casu nihil operantur. vt. C. cõmunia vtriusq; iudicis. hec scriptura. aut inter viuos: z tunc aut in iudicio z dispositionez inducunt. vt. ff. de interroga. ack. l de etate. §. si quis. aut extra iudicium. z tunc aut ad obligandum z non inducũt. vt. ff. depositi. l. publia. aut ad liberandum. z inducunt. vt. ff. de donatio. l. quidam. z de pactis. l. tale. z de hoc dixi. C. de nõ numera. pec. l. generaliter. z de probatio. l. rationes.

Text° iste est singularis. 12 **Predium.** Iste casus nõ est alibi. Dyn. z notabilis est ſ fiheres rem alienari prohibitaz alienat propter eo alienũ qs ipse contrarit eo viuente tenet alienatio z eo mortuo reuocatur si extraneus heres per heredem fuerit institutus. h. d. Dyn. Vel sic. si necessitas alienandi insurgit ab herede alienatio necessaria in ipsius vita tenet non obstãte prohibitione alienationis facta a testatore. h. d. Vbi quod noie familie. i. quod prohibitum est extra familiã alienari. Dyn. ibi veneant. i. vendantur propteres alienum ab herede contractũ. Dyn. in glo. j. in fi. eris alieni heredis quo casu habet locum. §. iste z hereditarii. z eo casu nullo tempore reuocatur si aliũde solui nõ poterat. vt. ff. de lega. j. l. filiuſſa. §. diui. z de hoc dixi. ff. de lega. j. l. pater. in princi. z. §. iul. Dy z de ista alienatione necessaria vide qs notaui. C. de fundo dotali. l. ũ. z. ff. tit. proj. l. filiuſſa. §. diui. ſcdo. z. j. eo. §. fi. in glo. ſic enĩ ibi quod si talia ibi fuit necessaria propter dispositionem heredis quod videtur mirabile. Dy. in gl. i. testatore. z per creditores heredis. Dy. in fi. z qs ibi no. in glo. institutus ibi mutat casum quia supra fuit alienata hic nõ sed solum extraneus heres institut°. Dy. ibi ne exeat de familia. z fm has duas habeas in litera quia z extrane° zc. Dy. ibi vel dic tertio habeas. Dy. ibi quando z ipse institutus primus. Dyn. ibi habeat heredem qs est verũ si institutus esset proximior in gradu alis primotes in graduvocarẽtur. vt in. §. fratre. Dy. ibi qui erat de familia z fm boc nõ habeas in litera. z. Dy. Ultimo attendendũ est qs iste. §. multum allegatur per 13 aduocatos in practica maxime in questionib° feudalibus † puta si vaſallus cõmittat delictũ propter qs bona debeant publicari qs bona feudalia veniãt ad fiscum z fiscus recipiat fruct° viuente vaſallo z eo mortuo feudum reuertetur ad vaſallũ. Dy. arg. huius. §. z pro hoc etiã quod no. C. communia de legatis. l. ũ. autenti. res quę subiacent. vbi dicitur quod si res quę subiacent restitutioni alienẽtur tenet alienatio cõditione in vita alienantis postea non secundum opinionem vnam ibi notatam in co. vnde sumitur. Et pro hoc etiaz. j. de adulteriis. l. si postulauerit. §. iubet. z soluto matrimonio. l. si filio. §. si iure. z vtrobiq; dixi. z de iure fisci. l. ſtatius. l. cornelia. vbi etiam de hoc dixi. nã tamdiu defenditur hic empto: quandiu venditor tenet z pro hoc. j. e. l. qui solidum. §. j. de leg. j. l. filiuſſami. §. cum pater. z. ff. de pigno. l. nec lex. vectigali. z. l. grege. §. j. z de hoc dixi. C. de heredi. auf. si vero dominus temporalis. idem posset etiam dici in emphiteota. ad hoc etiam facit quod no. extra de dona. inter virum z vxor. l. si donate. §. sponſus. Item faciũt predicta ad qs 14 no. C. de sac. ſan. ecc. auf. si qua mulier. † si ingressus mona. instituit extraneum z monasterio certam partem an teneat testamẽtum. videtur enim quod teneat in vita testatoris postea redeat ad monaſteriũ. vt ibi dixi. si vaſallus fecit diuisionem cũ alio cum quo habebat rem feudalem communem an dominus ad quem reuertitur feudum habeat stare diuisioni vide quod dixi in simili dicta auf. res quę subiacent. circa finem.

a Mak filio. Ads qs iste §. facit ad q̃ stionẽ fz bal. hic de qua in l. si vxbanade a cõdit. indebi.

Mater filio. a † Si mediatus actus est certus de 15 immediato non curatur. h. d. mediatus est pupillus immediate est tutor z sic est ar. quod si pubes iuret in contractu super banco qs valeat sacramentũ qs dic. in auten. sacramenta. vel sic vbi relinquitur alicui sub nomine appellatiuo videtur esse relictũ ab illa persona que repręsentatur per illud nomen vnde qs si iudex delegatus citat qs debeaz venire coram eo ante tertiaz, z impeditus mittat subdelegatũ qs

b Allegabilis. Ads bal. in l. nõ solũ. §. morte. de noui. oper. nũti. in principio.

cogar coram eo respondere quia sub delegatus repręsentat personam delegati qui citauit sub nomine appellatiuo. petrus. p hoc facit qs no. ff. qui satisd. co g. l. sciendũ. §. tutores. z de proc. l. quacunq;. vel dic clarius fm Dy. legata relicta a tutore vel curatore pupilli vel adulti. videtur esse relicta ab ipso pupillo vel adulto. Dy. licet tutor datio. non tenuit. z vide in speculo de instrumentoz̃ edit. §. nunc vero aliqua. ver. quod si fenerator. ibi facto testamento quo ad dationem tuto. sed ad alia valebãt z sic cessat cõtrarium. dyn. ibi. idem in curatore dato a patre vel a matre z dic idẽ. vt relictũ a curatore videatur relictus a pubere. Dy. ibi. quibus certe casibus. s. qñ moritur quando excusa 16 tur z quando inutiliter datur. Dy. ibi placuit † qz relictũ a tutore videtur relictum a pupillo. Dyn. ibi. extero. i. extraneo ibi. nõ ab ipsius. s. tutoris. Dy. in glo. imo potest ibi fine inquisitiõe imo semper cũ inquisitiõe. vt no. ff. de testa. tutel. l. ij. z videtur casus. ff. q petãt tutor. l. ff. §. fi in fi. hec placet. Dy. in gl. ſs quo hoc in fi. z hec vera quantũ ad hũc casus. Dy. in glo. vt qz maior ista glo. cõiter est male signata qz cõiter est signata super primo verbo recte dat°: sed debet esse signata super secũdo datus. Dy. in glo. sed quomodo. ibi vel dic testamẽtũ hec vera fm Dy. in gl. si igit hic valeret z hic glo. cõiter est male signata qz cõiter est signata super verbo quod a pupillo z dz esse legata super verbo pupillo quod est.

b **Fratre** Iste. §. est pulcher z allegabilis. h. alienatio pro 17 hibita in vltima voluntate ad singulare z vnisalem refertur. † Ité appellatiõe familie oꝛdo gradium debet obseruari in his qui fuerunt in familia tempore testamẽti. z intellige hunc. §. z similes quod non possit alienari nisi in familia emere voluit. z. j. de ver. obli. l. qui rome. §. coheredes. dyn. in. l. voluntas. C. de fideicõmiſ. et qui contineantur ap. familie. dic vt. C. de ver. signi. l. vl. Dy. z ad materiam huj°. §. bene facit. j. e. l. codicil. §. instituto. z dic quod iste. §. continet sex dicta circa thema z casus. thema est quia testator fratrẽ heredẽ instituit. z domum alienari prohibuit extra familiam. dicit ergo primo quãdo vocetur familia quia vocatur duob° casibus. scz facta alienatione inter viuos vel instituto herede extraneo. Secõ quo oꝛdine vocẽtur qz si sunt omnes eodẽ gradu vocãtur oẽs simul: si non eodem vocatur proximior in gradu. Tertio qualiter vocẽtur qua prestita cautione qua de re restituẽda familie post mortem suam vel si alienetur. Quarto quo iure z ad quid consulatur cautione non prestita. quinto quo iure consulatur pro cautione ante traditionem. sexto qui admittantur z vtrum etiam qui post testamentuz defierant in familia esse. habet ergo. §. iste septem particulas in prima thema in sequentibus tres questiones ex themate premisso pendentes: z determinationes earum circa primã partem oppone quod possit instituere heredem extraneũ. vt. j. de leg. iij. l. pater. §. fundũ. z dic quod alienatio ibi fuit prohibita filio viuente vnde post mortem nõ videt prohibita. sed permissa. vt. ff. e. l. ſtatulibe. §. j. Ité op. quod nõ videatur prohibita heredis institutio. vt. j. de acqui. re. do. l. quidaz. z de fundo dotali. l. j. z dic qs ibi quando alienatio prohibeb°r a lege hic quando a testatore vel contrahentibus: vel hic precepit in familia retineri ibi simpliciter prohibetur alienare vnde instituendo heredem nõ videtur alienare. Item op. quod etiaz nisi testator prohibeat alienari extra familiã transeat etiã ad heredem extraneũ. vt. j. ti. proj. l. pater. §. quindecim sed ibi transeunt ad heredes partes empte a quoliber. tantũ de quib° nõ vrrogatus. quarto euidenter op. quod transeat ad heredẽ extraneũ quia dicit lex qs heres extrane° reuocat partes alienatas per alios. vt. j. e. l. qui solidũ. §. penul. sed ibi nullus supererat de familia z omne ius recidit in vltimum decedentem z ille transmittit omne ius etiã ad heredem extraneũ. z de hoc an heredẽ instituẽdo videatur alienare vide quod not. z dixi. C. de secundis nupt. l. si quis prioris. §. j. Quinto op. quod in heredem extraneum transeat dominiũ: sed agatur ad interesse. vt. j. ꝺ verbo. obliga. l. si quis ita. §. ea lege. z. C. de condic. ob causam. l. ea 18 lege. vbi de hoc not. z dixi sed facilis est: z consueta solu. † nam aut a lege aut a testatore aut a pactione contrahentiũ prohibetur alienatio. sed oppone quod inter istas prohibitiões nõ fit diuersitas. vt. C. de rebus alienis nõ alien. l. vlti. sed dic pares esse dictas prohibitiones quo ad casus prohibitos: sed diuersas quantum ad effectũ prohibitionis. vt ibi not. z plene dixi. Sexto op. qs instituendo heredem extraneum nõ videatur alienare. vt. ff. de alie. iudicũ mutan. causa. l. ex hoc edicto. §. sed herede. sed illud quo ad illud edicum. Circa secundam partẽ oppo. qs videntur omnes de familia vocari non cõsideratis gradib°. sed dic aut relinquitur familie simpliciter aut omnibus de familia aut certis tãñ aut simpliciter familie sed voluit certos pręponi de quo dic. vt. ff. eo. l. vnũ ex familia. in princi. z. §. rogo. z. l. cum quidam. Circa tertiuz oppone qs cõsulatur re tradita ad cautionem

tionem per condic. sine causa. vt. ff. de vsufruc. earũ rerũ que vsu consumunt. l. hoc senat°. §. si pecunie. dic vt hic in gl. z subsequenter distingue duplicem cautiõis speciem. Item oppo. quod si nullus supereſt nõ debebat cauerı quia cautio est superuacua. et dic. vt in gl. Circa sextum videtur considerandum qui erant in familia tempore mortis. vt. ff. eo. l. cũ ita legatur. in. §. fideicõmiſſo. z sol. vt ibi no. Item collige argu. ex eo quod hic dicitur qs proximus primo loco videatur inuitatus ad questionẽ que 19 no. ff. de liberis z posthumis. l. gallus. §. quidã recte † qua quaritur si pater ita dicat filium z nepotẽ mihi heredes instituo. qs primo admittatur videturqs simul ambo z equaliter. z. j. titu. proji. l. coniunctim. sed dic qs per gradus admittunt: z sic filio primo vt patet in textu. d. l. gallus. licet obscure. z ibi plene dixi. Dy. z a simili facit in vsibus feud. de succeſſio. feudi. §. filia vero. z de eo qui sibi z heredibus suis masculis. ca. j. ibi alienauerit inter viuos z qui contractus contineatur alienationis verbo. dic vt dicta. l. vlt. C. de rebus alienis non alienandis. Dyn. 20 ibi. extraneo herede instituto. † no. qs alienatio iter viuos z heredis extranei institutio hic equiparanť. Dy. de quo dic vt dixi dicta. l. si quis prioris. §. j. C. de secundis nupt. ibi fideicõmiſſum petens. i. domũ per fideicõmiſſum relictã z hoc verũ q; oẽs admittãtur quãdo omnes sunt in pari gradu. si autẽ in dispari statim sequiſ in ver. quid ergo. z ex eo qs dicit peteret datẽ in telligi qs loquitur de acf. in rem quia petitio in rem est. vt. j. de actio. z obliga. l. actio. z de verbo. signi. l. pecunie. §. petitionis. z pro hoc. j. eod. l. cum pater. §. libertis. Dy. ibi. qui i familia fuerunt: scz tempore testamenti. Dy. ibi. inuitatus ad petitionem rei de familia discedentis. Jaco. ibi. nec tamen ideo. i. licet proximus preferatur. Dyn. z dic quod hic loquitur post traditionem sequens ver. ante traditionem ibi sequentiũ. id est qui sunt posteriores in gradu. Dy. ibi propter superiores. id est in gradu precedentes. Dy. ibi. ledi debet. vt nunquam admittantur. Dy. ibi sed ita° proximus. id est in gradu precedens. Dy. ibi se familie posteriori offerenti ad receptionem cautionis. Dy. ibi desiderata. i. nec petita. Dy. ibi eo nomine. i. pro cautione petẽda. Dy. ibi ad exterũ. i. extraneũ nõ de familia. Dy. ibi quãdo qs. i. quãdocũqz. Dy. ibi peruenerit titulo singulari vel vniuersali. Dy. ibi cõpetit rei ven. ff. e. l. cũ pater. §. libertis. Oppo. de. l. pater. §. fundũ. j. titu. proj. z so. vt eadẽ. l. §. xv. ibi doli mali excẽptione opposita ante traditionẽ: qz post traditionẽ dictũ est. §. ver. qs si cautio. Dy. ibi vlteriori. i. vltra illum qui percipit fidei cõmiſſum. z qs dicit supersit. i. in rerũ natura sic supereſſe tamẽ sperat. in eodem gradu vel posteriori: z sic cessat gloſſ. ibi fit postea. i. fit post testamentum ante tamẽ mortẽ testatoris. Dy. ibi emãcipati z sic defierunt esse agnati. Dy. ibi quoqz q erant de familia tempore testamenti licet postea defierint. Dy. ſz nũ quid legare poterit dic qs non. vt. ff. quibus modis pignus vel hypo. soluitur. l. sicut re corporali. §. venditionis autẽ. hunc tamen. §. intelligas in alienatione volũtaria non necessaria. vt. ff. eo. l. predium. j. titu. proji. l. pater filium. z ibi gloſſ. z. ff. de leg. j. filiuſſami. §. diui. z ibi de hoc in gloſſ. ex hac. l. ibi. Joan. tamen dicit z bene. Dy. ibi ad extraneũ institutum licet alienatio prohibita fuerit in testamento. Dyn. ibi qs est verius hic lege ver. qui est. j. in glo. ibi Ité ad. l. quedam. Oldra. ibi z siquidem fem per. id est siue fit prohibit° alienare in vita siue simpliciter. Oldra. ibi fundum no. imo. §. iul. agrippa. Oldra. ibi ea. lege. et est 21 ratio † quia inter viuos sola voluntas non transfert dominium. ergo z sola transferri nõ impedit. arg. ff. de pactis. l. ab emptione. z quod ibi no. pe. z. l. traditionibus. secus est in vltima voluntate. vt. j. eod. l. cum pater. §. furdo. ibi secus si testamento facto vel ibi quando alienatio prohibetur a lege nec ob. l. si quis prioris. §. ceterũ. qz ibi nõ erat prohibita. sed permissa. Preterea et illa corrigitur per autẽ. ibi positam. z item z meliꝰ dic qs hic nõ prohibuerit alienationem simpliciter imo etiã preceperit in familia remanere. Dy. ibi. illud edictum qs requirit dolũ. Dy. in fi. respõdeas. vt ad leg. quedam. Dy. vel dic fm Jac. de bel. quod ibi. prohibetur alienatio a lege fauoꝛe certe persone ne dos pereat z ne mulier laboꝛet inopia: sed ab herede transit dos eodem iure z modoꝛ. z de manu eius vꝛoꝛ debet recipere dotes. vt C. solu. matri. l. dotis actione. z ideo ibi transit dominium in heredem. siue mariť decessit ab intestato siue ex testamẽto hic autez prohibita est a testatore alienatio simpliciter z fauoꝛe certarum personarum ad quas voluit omnino peruenire: z ideo hic non trãsit dominium. z dic plene. vt not. dicta. l. si quis prioris. de secundis nupt. §. j. Jaco. de bel. in gloſ. incerti ibi secus imo hoc falsum quia ibi alio modo consulitur ad rem. vt patet. in. l. si vsufruc. nomine. ff. vsufru. quem admodum caueat. Dy. z ideo ibi interponitur cautio quia ibi est certum cuius interesť hic autem nõ est certum quis erit proximior istius. petrus ibi non interesť. sicut ibi. Dy. in fi. vel dic vt ibi. Dy. in in gl. illam. scilz de restituenda ipsi dãti. Dy. ibi qs si talia in ver. z ideo in vltima glo. Dy. in gl. nec supereſſe speratur ibi in eodem gradu. z hoc inuicem sibi cauebunt qs glo. antiqua hic signata vicaria cautionem appellat. Old. in fi. vel dic nõ supereſſe fm naturalẽ veritatem: sed tamen credebatur supereſſe. Jaco. in gloſſ. viti. ibi de heredi. z falcid. imo de heredit. ab intestato. §. nullum vero. Oldr. Ulti. pro declaratione materie huius. §. que continua. z vtilis est vide qs no. z dixi. C. de conditio. ob causam. l. ea lege. de fideicommiſſ. l. quoties. z. l. volũtas. vbi sunt due bone gl. de hoc in vsibus feu. in summa qui. modis feud. amittatur. §. z qs dictuz est. z quod etiam no. z plene dixi. C. de rebus alienis nõ aliena. l. fi. z de acquirẽ. posſes. qui absen. §. i. z per Jmo. extra de testamẽtis. c. raynaldus. z. j. tit. proji. l. pater filium. in princi. z. §. fundum. z. §. iul. aggrippa. vbi Dy. ponit bonam z vtilẽ

c Distinctio. Dy. in prohibitiõe alienationis que ẽ notabilis et obseruãda.

c distinctionẽ cuius effectũ statim subiciam z vt omnia° plectatis † dic qs interdum prohibitio alienationis fit a lege in 22 terdum a cõtrahentibus inter viuos interdũ a testatore interdũ a iudice. sed si. prohibitio fiat a lege tũc aut fit alienatio necessaria aut volũtaria. Primo casu permittit. vt. ff. de fundo dotali. l. j. ff. fa. hercil. l. alienatiões. z de rebus eoꝛum qui sub tutela vel cura sunt. l. ũ. §. idẽ queri potest. Secundo casu quando alienatio est voluntaria z dic quod isto casu z si sint plures tamen inter se nõ potuerunt alienare. vt. l. cum his. §. sed si pluribus. ff. de transac. z not. in dicta. l. voluntas. C. de fideicommiſſ. nec dicas qs in dicto. §. sed si pluribus. fuerit prohibitio facta a testatore qz imo nihil dixit testator: sed solum reliquit alimenta vnde lex supplet quod alienari nõ possint sine decreto. vt dicta. l. cum hi. in prin. si tamẽ qs intelligeres qs testator prohibuisset tunc forte esset in speciale contra istum textũ. z. dicta. l. volũ 33 tas: sed dic vt no. dicto. §. si plene. per Alberi. dicunt quidam † aut loquimur de alienatione que fit titulo singulari z illa prohibetur aut vniuersali z illa permittitur. vt. j. de acquirẽ. re do. l. quedam. cũ ibi notatis. tu dic qs notanda est regula z instãtia regule ista est qs que nõ transeunt titulo singulari non trãseũt etiam vniuersa. vt. ff. de officio eiꝰ cui mandata est iurisdictio. l. j. in princ. de pigno. l. obligatione. z de peculio. l. qui peculiũ. et pro hoc optime facit. l. fi operarum. z. j. ad trebel. l. proinde. z. l. si patroni. z si cõtrarium reperiatur speciale est z instãtia cõtra dictam regulam: z ita intelligi debet dicta. l. quedam notat regulam esse in contrariũ. vt ibi dixi. z probat. ff. de iure codicillorum. l. quedam. z de ista alienatione prohibita a lege tractat° 24 cta. l. vlt. C. de rebus alienis nõ alienã. † Secundo casu principali quando prohibitio alienationis fit a contrahentibus inter viuos dic aut queritur si fiat contra an impediatur trãsitus dominiũ z dico qs nõ. vt dicta. l. ea lege. C. de condi. ob causam da tozum vbi de hoc plene not. z dixi aut queritur nunquid cõtra faciens obligetur: z tunc aut pactum prohibitiõis fit super re que est penes te. aut super re mea quaz tibi trado. Primo casu nihil operetur prohibitio. vt. ff. de pactis. l. nemo. Secundo casu aut interesť mea alienationes nõ fieri aut nõ interesť mea nec sertũ. Si mea interesť aliena. communẽ nõ fieri tũc aduersarius alienans tenetur mihi ad interesse. vt. j. de verb. obli. l. si ita qs. §. ea lege. vbi de hoc not. z dixi. z. l. ea lege. C. de condi. ob cãm. Secõ casu qñ interesť: z hoc alteri p alterũ acquirit actio vt. C. de dona. q̃ sub mõ. l. quoties. Tertio casu qñ nullũ interesť prohibitio nihil opať. vt. d. l. nemo. ff. de pactis de hoc ẽt vide qs no. C. de pac. in emptoꝛe z vẽ. l. vlt. aut ista prohibitio facta filiꝰ extẽdať ad nepotes dic vt no. in. l. volũtas. C. de fideicõ. p Albe. Tertio casu principali quãdo fit prohibitio alienationis a testatoꝛe tunc tunc cadit distinctio. Dyn. que est in dicto. §. iul. agrippa. quã tamẽ plem° z magis oꝛdinate sic capias qz aut loquimur alienatione necessaria aut voluntaria. Primo casu aut necessitas insurgit a testatoꝛe z sic fit alienatio propter es alieniz̃ he reditariũ: z tunc alienatio valet perpetuo z nõ reuocaf si aliũde solui nõ poterat. vt. d. l. pater filium. in princ. z. §. responſo. j. 25 titu. proji. z. §. titu. proj. l. filiuſſami. §. diui. secũdo. in fi. † Si autẽ necessitas insurgit ab herede: z sic alienatio fit ꝓpter es alienũ heredis: seu ab herede cõtractũ: tũc tenet alienatio in vita heredis ſz eo mortuo reuocatur alienatio. vt. ff. hac. e. l. §. predicũ cõcoꝛ. Si vero loquimur de alienatione voluntaria tunc dic aut facta fuit prohibitio alienatiõis testatoris sine alicui° causẽ expreſſione aut cum causẽ expreſſione. Primo casu aut est signata persona ad quam voluit testator: post alienationẽ debet reꝑuenire: z tunc valet. prohibitio z si cõtra fiat pson̄a illa reuocabit rem alienatam quasi causa videatur expreſſa ex quo ẽ de signata persona. vt. j. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. aut persona nõ est designata z tunc prohibitio nihil operatur qz nudus est preceptum. vt dicta. l. pater. §. quindecim. z. §. iul. agrippa. et eo. titu. lucius. in prin. z. §. titu. proj. l. filiuſſami. dicto. §. diui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo vero casu quando facta fuit prohibitio cū cause expressione tūc aut alienatio fit inter viuos aut in vltima voluntate instituēdo heredem extraneum. ¶Primo casu non valet et impeditur dominū translatio. vt in isto. ff. ff. eod. l. cum pater. ff. libertis. Secundo casu quando fit alienatio heredes instituē do tunc aut instituitur legitimus: aut extraneus. Si legitimus id est talis qui alis successurus erat ab intestato tūc aut ille qui instituitur erat expresse prohibitus z non valet nec capere potest imo competit renocatio. vt. ff. l. codicillis. ff. matre. z no. dicta. l. si ita quis. ff. ea lege. de verb. obl. aut ille qui instituitur nō erat expresse prohibit⁹. z tūc aut erat de suis aut alio modo ne cessarius ab intestato qz forte proximior agnatus vel cognat⁹ nō videtur alienatio z per ꝙsequens nō fit contra voluntatem testatoris. vt. ff. de liberis z posthumis. l. i suis. si nō erat de suis licet fiat alienatio tamen hoc casu tenet z nō renocatur. vt. ff. l. cum pater. ff. cuz inter libertos. z not. in vltima glos. istius. ff. aut iste talis qui est institutus nō erat in successurus ab intestato sed extrane⁹: tūc dic aut nulli supersunt de familia qui possint auocare z causa familie erat facta prohibitio. vt i isto. ff. z tunc institutio heredis facta de extraneo tenet. ff. l. qui solidū. ff. prediuis. aut aliqui de familia supersunt z tūc aut simpliciter est facta prohibitio alienatiōis cū cause expressione aut est facta ne alienetur in vita illius cui prohibetur. ¶Primo casu nō tenet institutio facta de extraneo z renocāt ac si esset facta alienatio inter viuos vt hic. Scdo casu tenet institutio z nulla cōpetit renocatio qz cū prohibitū sit sibi alienare in vita videtur concessum post mortē. vt. d. l. pater. ff. cū funduz. ff. ti. prohi. Quarto z vltimo casu principali qñ facta est prohibitio alienatiōis a iudice p eius ꝓceptū vel sententiā habent locuz notata p Inno. dicto. c. raynaldus. extra de testamētis in gl. que incipit pactū em̄ videlicet qs ꝓceptū vel sententia iudicis vel arbitri nō impedit trās lationē dominū: saluo qs in beneficijs ecclesiasticis impedit col
26 latio vel translatio dominū vt ibi not. † Si aūt possit modus reperiri qs in cōtractib⁹ nō trāsferri possit dīiū: dic qs sic. vt dixi. d. l. ea lege. C. cōdi. ob cāz. z Ray. etiaz hic dat formam que satis cōcordat cū illa. dicit em̄ qs ita debet poni in ztractu vendo tibi sub ꝯditiōe qs nō alienes z si ztigerit te habere ꝓpositū alienādi vel interponēdo quoquo alienationē volo qs ex nunc put z tūc res sit inempta z extūc put exnūc res ad me reuertatur vel eā dono tali. ita ꝛe si testōr ꝓhibuit in testō filijs suis ne diuiderēt in ꝓpetuū hereditatē suā volēs qs bōa ei⁹ ꝙseruarent z si cōtra facerēt adiecit psonā in qua alienata deuenirēt an valeat talis ꝓhibitio vel ea nō obstāte possit fieri diuisio. z dic plene pro z ztra z solue. vt dixi. C. cōmuni diuidūdo. l. in cōionem.

1 ☞ Brauari nō potest quis in plus ꝙ̄ sit honoratus.
2 Vasallus vel emphiteota an possit se liberare a prestatiōe canonis vel seruitū renūciando feudo vel emphiteosi.
3 Executor vltime voluntatis an possit cogi ad officium suuz suscipiendum.
4 Onerari potest quis in plus ꝙ̄ sit honoratus in legato quantitatis.
5 Brauamen fideicōmissi nō debet excedere emolumētū legati.
6 Legatarius nō potest in rebus ꝓpriis grauari.
7 Interesse extra rem quādo consideretur.
8 Legatarius quātitatis non potest in plus grauari ꝙ̄ ꝓcipiat emolumēti sic nec in legato quod habetur quātitatis loco.
9 Subzogatum eius naturam z cōditiones assumit in cui⁹ locū subzogatur.

1 **Imperator.** ¶Pulchra lex est ista † nō potest qs grauari in plus quā sit honoratus. h. d. Itē op. quod nō cōueniatur legatarius sed heres z so. vt glo. ibi. legatarium onere fideicōmissi grauatum. Dyn. ibi accepit non tamen repudiauit sed agnouit legatum. Dyn. ibi. posse cedere. i. cedendo liberari. Dyn. ibi. nec cogēdū soluere. ff. fideicōmiss. Dyn. ibi. abstineat eo. id est nō petat. Dy. ibi. qs ratio suadet. f. vltimū vt teneatur cedere tantuz vlz̄ ad partē in fideicom. contentam. Dy. ibi. per ꝛcipit in quantitate vel specie vel re vel tempore. vt. ff. de bonis libertorum. l. si patroni. in pcincip. z hic intelligas vbi legatarius ex causa transac. minus recepit quā habere debebat qz tunc ad illud totū qs habere debebat tenetur fideicōmiss. vt. no. ff. de trāsac. l. cū hi. ff. si integra que gl. notabilis est. z facit quod no. supra tit. proxi. l. plane. ff. si cui. z allegatur hec. l. ff. ff. proxi. in
a ¶ Cū qdaz Adde Ludo ui. ro. ffi. ccl xvi. An. bar. hic additio. ad bar. 2 fi. ad questionem qua queritur † vtrum vasallus vel emphiteota possit se liberare a prestatione canonis vel seruitiorum renūtiando feudo vel emphiteosi z dimittendo rem feudalez vl̄ emphiteoticam hic est ar. quod sic. z. ff. proxi. ff. in. fi. quod nō. Azo. in bzocardis determinat qs nō per. l. C. de ac. z obli. l. sicut. vbi de hoc satis dixi in fi. z hoc verum est de iure cōmuni distingue tñ aut quis tenetur ꝓsonaliter ex facto alieno z tunc sufficit qs cedat ac. vt hic. ff. de aqua plu. arcen. l. is cum quo. de vsufru. l. si cū fructuarius. z si ferui⁹ vē. l. z si forte. aut personaliter ex facto suo. vt emphiteota z tunc nō liberatur. vt. C. de fundis patrimo. l. quecūqs libro. xi. z de cōtrahen. empti. ff. l. si. d. l. si is cuz quo. de aqua plu. arcen. quod possit se liberare facit. C. de edifi. priua. l. si vt proponis z pro socio. l. cuz duobus. ff. idem respondit z videt expressuz in vsib⁹ feu. de vasallo qui cōtra cōstitutiō nē lotharij. c. i. z de capitaneo qui curiam vendidit. c. vlti. z no. de prohibita alienatione feu. per fede. l. imperialem. ff. calidis. de hoc plenissime dixi. C. de iure emphiteotico. l. ij. ver. Itē que ro nūquid vasallus. † Itē facit hec. l. an fideicōmissa. seu executor vltime voluntatis cogatur officium suū suscipere z exequi z hic est ar. qs nō z de ventre inspicie. l. i. ff. de inspicien. z institu. ad. l. fal. ff. ex diuerso ar. contra. f. titu. proxi. l. si legatarius. sed dic vt no. ti. proxi. l. huiusmodi in pincipio. z supra eodem. l. i. Dy. z dixi plene. C. de episcopis. z clericis. l. nulli.

4 **Si centū legatis.** † Jn legato quantitatis nō pōt pl⁹ aliqs onerari secus in re seu specie propria legatarij. h. d. z distingue aut pure post tps rogatus restituere z tūc habetur ratio vsurarum communium nō alterius communis extrinseci z hoc si legatur quātitas z de quātitate rogatur: sed si rogatur de specie sequit̄ statim in ver. em̄ no. ibi rogatus sit pure. Dy. ibi. ad summam seu quantitatem. Dy. ibi. constitisse. i. fideicommiss. effectum assum psisse. Dy. ibi. admittetur. f. vt in tantū teneatur quantum recepit nomine vsurarū z nō in plus. Dyn. ibi. mutanda sententia erit vt per hoc dicamus legatarium in plus teneri quaz sit quātitas legata z vsurarū eius. Dy. z iste ver. nō est alibi fm Dyn. ibi. cōsecutus est. f. cz legatarius. Dy. ibi. hoc ita. f. cz qs nō tenetur vltra legatū vel vsuras. vel dic hoc ita. f. cz † qs grauamen fi
5 deicommi. nō potest excedere emolumentū legati. vt. ff. in pin. ff. Old. ibi. si quātitas legata. Dy. ibi. cum quantitate in fideicōmi. deducta. Dy. ibi. conferatur. z si quantitas legatur z de quātitate restituenda rogatur. Dy. vel quod ibi dicit recipit si pecunia sit legata z pecunia sit rogatus restituere. Dyn. quod nō te neatur vltra quā percipit secus si species esset ei legata quia tūc in eius estimatione posset decipi nō vltra eius estimationem nō teneretur quod in numis non est quoū estimatio semper est vt certa est. vt. ff. de in litem iur. l. numis. z. f. de fideiussori. l. si ita. Jac. ibi. pecunia acceptā per legatarium. Dy. z facit iste. ff. euidenter in fi. qs instit⁹ † vel legatarius nō possit grauari in
6 suis reb⁹ proprijs ita qs ipse res sint obligate fideicōmissa. vel transeat in eum dominium pro hoc. ff. de vul. z pu. substitu. l. co heredi. ff. cum filie. z ibi in glo. que incipit reddit ad primum. z vide. ff. ti. proxi. l. si quis inquilinos. ff. f. Jdem contra si legatū cōsistat in specie z onus in pecunia. vt. f. e. l. creditor. de quo dic vt ibi. z vide qs no. ff. ti. proxi. l. ciuitatibus. ff. fi. z. f. eo. l. cum pater. ff. quidotalē. z. ff. man. l. hereditatem. ibi quod si exponе si. i. quamus. Dy. in gl. sic. ff. de ac. z emptio. in fi. in illis ratiōe more debitoris habetur ratio eius damni quod petitor incurrit et lucri qs percipere potuit. hic vero mora non precedente nō habetur ratio lucri quod percipit vel damni imminentis qs debitor euitauit. Dy. vel dic fm Jaco. de bel. qz ibi petitur interesse ex contracto ꝓpter moram debitoris hic petitur legatum a legatario ex quasi contractu z ꝓpter lucrū quod ipse a testatore percipit immediate vel percepturus est ex re legata seu ex rei accessione vt vsura que est rei accessio. vt. ff. de vsur. l. vsure. z. ff. prox. z ideo nō consideratur damnum vel lucrum superueniēs quod legatarius grauatus consecutus est vel euitauit vt ꝓpter ea potuit plus grauari quam fuerat honoratus modo p̄dicto quia hoc cōtingit extra rem z non ex re vel accessione rei z quia nō est in mora z quia illud dicitur percipere ex sua idustria. ad hoc supra titu. proximo. l. plane. ff. fina. f. ad legem falcidiam. l. iij. ff. ad legē rhod. de iactu. l. ij. ff. portio. vbi de hoc notauit. vel dic quod dicitur quod habetur ratio lucri z damni verū est ea uoze eius de quo tractatur hic vero esset eius odium: z ideo secus secundum Petrum. † Et not. quod tale interesse extra rem
7 consideratur nisi quādo interuenit delictum culpa vel mora. z dic plenez notaui. C. de sententijs. que pro eo quod interest. l. j. Jaco. de bel. Jtem facit iste. ff. in fi. ad questionem quam notaui de emphiteota z vasallo. ff. ea. l. in prin. z dic vt ibi dixi in glo. sic ergo no. ibi si minor. xxv. annis seruum. in his duabus legibus est idem casus qui est hic. Dyn. in fin. ff. mense. sed ratio ibi patet. Dyn. ibi. ff. si cui. z ibi similiter pt̄z litera. z ex litera. z ex. l. qui duos. ff. co. Dy. ibi. de ali. vel al. de adimen. le. z male. Dy. Casus pulcher.

a **Cum quidam.** † Scut in legato quantitatis
8 nullus potest grauari vltra quā recipit

recipit ficin eo quod loco quātitatis habetur. h. d. dy. Jbi filiū suum. scilicet rogantis: scilicet dyn. ibi filiis suis: scilicet rogati. Dy. ibi quam fratris. dy. rogantis. Dy. ibi patruus rogatus. Dynus. ibi plus esset in virili portione patrui ꝙ̄ hereditate rogantis. dyn. ibi non secus. id est non aliter. Dy. ibi restituere. nā hic habetur ratio vsuraruz medū tempozis. vt. ff. proxi. Dy. Et vide quod no. ff. eo. l. vnum ex fa. ff. si de falcidia.

8 a † Quod in locū al
9 **Cum autē rogatus.** teri⁹ subzogatur ei⁹ conditiones assumit. h. d. Dy. ibi alias scilicet res. Dy. in fi. et ideo res empte quasi in locum venditarum succedentes veniūt in restitutionem. vt. f. l. proxi. dy. in glos. est ergo ibi. ff. j. ii. z iū. Quid si hic emisset suo nomine videtur teneri ad pretium. ff. ertat in patrimonio. ar. f. e. l. idem seruandus. z. d. l. sed z si lege. ff. j. dyn. ibi hodie autem si totum habet z nihil consumpsit tamē vltra quartam non tenetur. vt ibi no. Jaco. ibi fo. ibi nam propter rationem legandi que restringit legatū nō videtur legasse quod cōmune esse desierat. dy. Et continua duas ll. sequentes.

Sed quod inde. Jd est ex pecunia rerum hereditariarum vendi
tarum. Dynus.

Idem seruādum. Scilicet quod non diminuat restituere pecuniam solutam. Dy. ibi ex ea pecunia hereditaria. Dyn. ibi dimiserit. i. proprijs creditoribus soluerit. dy. ff. f. de separati. l. debitor. circa finē. de cura. furio. l. si proxes. z. C. de his qui in priozi credi. loco succedunt. 7. ff. de curat. furio. l. consilio. ff. i. ibi in corpore patrimonij here dis. dy. in fi. i. q: in proprijs creditoribus soluit heres qua dicitur esse retentio cum ipso fit liberatus a creditoribus. dy. in gl. f. in fi. nam ibi desierat esse reliquū quod in patrimonio fuerat conuersum z ideo in legatū nō cedit hic autem fingitur nō desinere esse heredis quod in locum hereditarij substituitur. Dy. vel dic fm Jaco. de bel. qs ibi testator pecuniā exactā extincto legato conuertit in patrimonium: hic heres pretium rei heredi tarie in patrimonio retinuit vel dic breuiter quod ibi testato cō uertit extincto legato hic heres durante fideicommiss. Jaco. de bel. in glo. fictione. in fi. vel dic retinetur in corpore patrimonij. scilicet heredis illud quod creditoribus proprijs soluit de pecunia hereditaria. nam tantum retinetur in patrimonio eius cuz primo antequam solueret tantū minus videbatur habere i bonis in quantum creditoribus tenebatur. vt. C. de bonis que liberis. l. vlti. ff. sin autem es alienum. Dy.

1 ☞ Partus an veniat ex causa lucrativa in emptione matris grauide.
2 Mulier pregnans maioꝛi penditur precio ꝙ̄ non pregnans.

1 **Si quod ex pāphila.** † Emēs matrem grauidam non videtur habere partum ex causa lucrativa. h. d. in fi. Pone emi pro duodecim matrem pregnantem modo post partum valet octo consequar ergo quatuor p
2 estimatione partus z no. † qs mulier pregnans est maioris pretij quam non pregnans in glo. ergo videoꝛ in fi. z tūc nō potest dici quod emerim matrem cariozem propter partum quod est cum ancilla grauida comparatur. dy. in glo. secunda ibi. ancille z supra de public. l. si ego. ff. partus z pro suo. l. si ancillam.

quando ponitur pro reditu pecunie. j. de alimentis legatis. le. a
lumne. aliquando dicitur vicem fructuum obtinere: alibi dicitur
quod vsura nō est in fructu. vt. j. de verbo. signi. l. vsura pecunie.
ex ver. nec tollitur. collige quod licet cessante causa cesset effectus
nō tamē cessat occasio. aliud est enim causa aliud occasio. vt. j. de
ruiis. Andre. de pisis. z m alphabeto dictione occasio. in fi. et sic
inueniretur totū legatū inutile quod est absurdū z ideo tot⁹ fun
dus peteretur. Dy. in gl. i. vsura pro hoc. ff. de vsuris. l. in fideico
missi. §. vlti. Dl. in glo. i. sine cōmodo. z sic non detrahitur falci.
Dy. in fi. quod nihil est q̄ iure veteri fernabatur illud quod ex
in. §. ex contrario. vt. j. ad leg. falcid. l. verbis legati. z ideo prima
videret verior licet cōtrariū no. z male de acquirē. possess. l. iij. §.
ex plimis. vt ibi dixi: imo nō esset vtile si poneres legātē stati mo
ri z ibō propter regulā ipediri vñ approbādū vr q̄s ibi notat Dy.

Si primo. Ibi instituto z si primus non esset heres
fuit sibi institurus quartus z si secundus
non esset heres fuit substitutus secundus. Dynus. ibi vtriusque:
id est primo z secundo Dyn. ibi omittentibus. id est repudiantibus.
Dyñ. ibi ab vtroq;: id est a substituto vtriusq; z vtriq; de
bentur cum vtriq; questioni respōdet glo. dicat contrariū. Dy.

3 **Seruo alieno.** †Si relinquatur legatum seruo
cuius legati dominus non sit ca
pax speciali capacitate considerata sed generali sic legatum va
let in persona seruj non obstante calumnioſa argumentatione in
qualitate legati. h. d. Dyñ. Et dicit quod ratione decisionis sin
gulorum casuum format regulam generalem z quasdam allega
tiones sophisticas cōtra regulam apparentes remouet: quia ille
in qualitate legandi regula non datur seu fundatur in legati sub
stantia z hoc probat per quoddā consecutiuū inconueniens. z cō
cludit vltimo per inductionē singularium regulā veram esse. z casus
in principio positos recte decisos. prima vsq; ibi calumnioſa. est
enim ꝛc. secunda vsq; ibi ex illo igitur. tertia vsq; ad fi. in prima
igitur parte tria facit. primo determinat duos singulares casus
vsq; ibi cum enim. secūdo ponit rationem determinationis eorū
vsq; ibi. z ideo. tertio ex illa ratione format regulam generalem
vsq; ibi calumnioſam ꝛc. in secunda parte duo facit. nam primo
remouet calumnioſam reprehensionem regule vsq; ibi alioquin.
secūdo probat seruo alieno legari posse quandiu seruiat: quia si
aliud diceretur inconueniens sequeretur. tertia patet vt predixi
vel clarius secundum eundem Dy. z idem in effectum diuide in
tres partes. in prima determinat duos dubitabiles casus: in secū
da remouet quandam calumnioſam argumentationē contra re
gulam z probat per deductionem ad inconueniēs. in tertia par
te cōcludit regulam veram esse. z per adductionem fi nullum pro
bat casus in prima parte positos bene determinatos partes pa
tent. vt. ff. Item prima diuiditur in tres. primo ponit predictam
determinationem dictorum casuum. secundo adnectit rationem
determinationis. tertio ex illa ratione firmat regulam. partes pa
tēt. vt. ff. z breuiter. h. d. † si dominus est capax in genere illa res
4 potest legari eius seruo que non potest legari domino ratione iu
ris quod dominus habet in ea dummodo illa res seruo facto li
bero possit lega. Ray. ibi testamēti factio in genere secus in spe
cie z hoc sequitur vel dic testamenti factio z si dominus sit talio
qui ex testamento capere possit inspecto iure communi nō habi
to respectu ad hanc rem que legatur. Dyñ. ibi. z ideo: id est quia
ex persona seruj nō domini valet legatum habito respectu ad rē
legatam. Dy. ibi ex prima serui habilitate domini concurrente.
Dyn. quasi dicat debet esse posita talis res in legato que cade
ret in eum si liber esset. Jac. alioqui ex. ibi constitit legatum sub
audi quācum ad rem legatam Dyñ. ibi. id demū z illa sola res.
Dy. ibi. aduocatio. argumentatio que fit cōtra regulam per mo
dum qui sequitur. Dy. ibi vires accepit habito respectu ad rem
que legatur. Dy. ibi alioqui. id est si diceremus non posse legari a
seruo quandiu seruiat alioqui ꝛc. vel dic si diceremus cōsiderari
qualitatem extrinsecam legato appositam eadem ratione consi
derari debet qualitas extrinseca psone legatarij appositа quod
si esset falsum esset quod sequitur: sed cum non sit falsum conside
rata legati substātia sequitur quod sit aduocatio falsa. Dyn. ibi
aduocaremus reprehenderemus. Dynus. ibi. possunt acquire
re si ergo acquirunt patet quod radicatur acquisitio in persona
seruj z per eum medium acquiritur domino. nam seruus dicitur
legatarius z heres. vt. ff. tit. j. l. cū filio. Jac. ibi ex illo igitur pre

¶ Debitor. Adde bal. i. l. iij. §. ex pluri bꝰ. z ff. agrē. posses. vbi tra cat de ma teria huius §.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepto a iure.i.regula generali.Dyn⁹.ibi.serui inspici personam quantum ad rem que legatur.Dy.ibi.ita id est ex quo verus est personam serui non domini intuspici quantum ad res que legatur. Dy.ibi.ci debetur etiam pure.Dyn.in glos.nec hoc domino interest,non ergo consideratur speciālis rei legate capacitas sed an dominus generaliter ex testamento capere possit.Dy.in glos.vt liber factus in fi.vel dic ab initio vtile fuit imo nō esset vtile si ponas legantem statim mori z ideo per primam impediri vnde approbandum videtur quod ibi not.Dy.vel dic quod z si sit in potestate domini tempore cedentis diei legati tamen legatū est vtile quo ad hoc vt estimatio domino debeatur sicut si res aliena sibi legata fuisset.argu.ff.de leg.tertio.l.non dubium.§.fin.z.ff.de leg.primo.l.si seruus legatus.§.j.secundum ℣e.tu tene glos.per l.cetera.in principio supra titu.proximo z quod ibi no.in glos. sed non omne ibi.Item est bonū exemplum imo no videtur bonum que ratio que est in seruo sic esset in libero.z in libero non valeret legatum.Dy.ibi.z si maxime.† imo semper valet legatum seruo vel libero si legatum libertati vel seruituti non cōtradicat z hoc vult dicere.versic.calūniosa z versi.alioqui.℣e.in glos. vt sciam ibi.§.regulā.z dic vt ibi no.Dy.in glo.mala ibi z econtra hoc est falsum imo dixit id demum z pro hoc videtur regula falsa.nam seruo legari pōt.est quādu potest seruire sed non liberotergo falsa est regula qua caueatur id demum posse legari seruo quod posset legari seruo.id quod possit legari libero: nā hic reperitur posse legari seruo quod nō posset legari libero:ergo regula est falsa.sed responde calumniosa est argumentatio.nam regula loquitur in substantia legari hoc est in re que legatur vt illa demum legetur seruo que posset legari libero:sed argumentatio procedit in modo legandi seu qualitate legato adiecta hoc est dicere aliter pōt.est legari seruo.quam libero sed non alia res.Dy. ibi respondeo nō valet ista ratio est bona propter sequentē versic. alioqui z cetera vbi nō infert de quid in quale.z ideo dicas quod id demum potest legari seruo quod posset legari libero si nō aduersetur libertati z exemplum est in versicu.calumniosa vel non aduersetur seruituti vt in exemplis notatis.§.proxi.glo.sed non esse ꝛc.℣e.Dy.de quid ad quale z sic est fallacia figure dictionis.Dyn.seu secundū accidens de qua fallacia no.etiam in glos.j.de acqui.poss.lib.versic.z enim incertā.z de rei ven.l.que de tota z.l.vendicatione in glo.nā z hic ibi ex persona secundū respectū rei in glo.vlt.in fi.vt distinguatur an prohibeatur domino legari ratione persone tantū vt qz nō capax aut ipsa ratione rei tantum vt qz res legari non potest aut multa ratione persone z rei vt qz res est sua valet:hic nō reperitur defectus in persona quia talis est cui potest legari nec iure quia talis est que potest legari sed procedit nīe defectus ex eo quod est domin⁹ rei z fit mixta ratione non potest domino legari in casu isto sed suo seruo sic z valet in persona serui si tempore quo cedit legatū inuenitur liber quia iste seruus ad ipsum tm acquirendam medio tempore non prohibetur nisi ratione sui tantū z propterea eo facto libero nō obstat regula catoniana z isto casu loquitur iste.§.aliis duobus locutur.d.l.si milphi.§.regulā.dic ergo aut legatum est a prin.inutile ratione rei que legatur z tunc tractu temporis non conualescit impediente regula catoniana.vt.ff.de lega.j.l-cetera.§.tractari. aut propter personam legantis tantum:z tunc idem.vt.ff.de leg.iij.l.j.§.sed z si seruus.aut propter personam legatarij tantum: z tunc bene capit relictum non impediente regula catoniana dū tamen capax sit ante mortē testatoris.vt.ff.de lega.iij.l.si deportati.vt.ff.de rebus dubijs.l.si cognatis.si autem inutile sit legatum mista ratione legantis z legatarij tunc non confirmatur regula catoniana impediente.vt.C.de leg.l.seruus.z.ff.de leg.primo.l.plane.§.si coniunctim.si autem est inutile mista ratione legatarij z rei legate vt fuit in casu huius.§.tūc licet inutile a prin. non vitiatur per catonianam,sed expectatur.vt hic.

1 ℣ Conditio libertatis fideicommisso relicto seruo adiecta censetur in substitutione eiusdem repetita.

a ℂ Creditores Adde bar.j.l. huiusmodi.§ cū pac.ff.ti.j.

b ℂ Bal⁹.Add bal.i.l.ij.C. q res pigno. obligari pos. vbi decidit q stione notabi lem.

Lucius largus. Iste fuit ille latinus largus vt puto de quo habetur.ff.de excep.rei iudicate.l.si ex ſcrā ꝛc.§.larinus.z breuiter.h.d. † Conditio libertatis adiecta a fideicommisso relicto seruo in substitutione eiusdem serui intelligitur repetita.Dynus.z textus obscurus est z videtur sibi contrarius sed in textualibus declarabo ibi species talis.id est questio talis.Dy.ibi restituere⁹ sub conditione que sequitur. Dyn.ibi substituit vulgariter non repetita die vel sub conditione.Dy.ibi adierunt defuncti hereditatem sequitur.Dy.ex substitutione vulgari que vires non habebat ex defectu conditionis que tacite repetita videtur.Dyn.ibi petere.z determinat quod non sed succederent ex substitutione vulgari directa.ibi repetitū a patrono.Jacob.ibi hereditatem.ex vulgari.Dyn.ibi liberas effectas.Jaco.ibi vocari z ideo ante libertatem iussū domini adire non potuerunt.Jaco.ibi cum enim ecce tōtum effectum omnū predictorū.Dyn.ibi pure.i.non repetita conditione libertatis z hoc sequitur.Dy.in glo.scilicet ancillis ibidem dicitur:vel hoc ideo quia per adictionē eorum factam in seruitutē patronus non fit heres z ideo non tenetur ad fideicommissum si ipsi postea non possiunt adire.Jaco.in fi.vnde cum adierint ex substitutione ante existentiā cōditionis nō tenuit aditio:vel dicitur quod ideo nō videtur repetita conditio in casu isto quia substitutio effectus nō habuit vt ex litera patet:sed de nouo adeunt z sibi acquirūt. Dy.in glos.si sunt libere ibi dies substitutionis:sed hoc necessarium.scilicet liberas esse alias nō cederet vt ex litera patet.Dyn.

1 ℣ Adorari faciens in precedentibus facere censetur in subsequentibus.

Si quis seruo. Ibi dicunt z male ibi abbas heredem manumitti et sic cedebat dies legati ante libertatem z ideo videtur inutile.vt.ff.titu.proxi.l.quēsitum.§.j.Jacob.ibi ad fideicommissum quasi adhuc sint in potestate heredis vel melius quasi cedat dies legati antequam libertas.Jacob.ibi dies cessit ad hoc vt debeatur non tamen competit.† Et no.quod qui facit moram in precedentibus intelligitur facere in subsequētibus pro hoc.j.quod vi aut clam.l.vim facit.z si quis aliquē testari prohibuerit.l.iij.Jacob.ibi z vsurarum ex die more.Dy.ibi medio tempore.id est post moram heredis.z ante libertatis prestationem.Dy.ibi domino.id est heredi qui est dominus.Dyn.anteq⁹ manumittat.Dy.ibi restitui oportere post manumissionē cōditione sine causa.Dy.z vide.ff.titj.l.qui cōdemnā.§.cū testamento.alias est sub.l.qui quatuor.in glo.j.ibi quesitū.§.j.dic que est cōtra sed solu.vt habes.d.§.cā testamento.qui.§.cōcor.cū ista.l.

1 ℣ Debitor non censetur in dubio creditori legare compensandi animo.

Creditorem. a† Si debitor creditori aliquid legat in dubio nō videtur legare animo compensandi.h.d.Dy.in fi.nam in dubio non videtur velle compensare:vt dixi in casu summario.Dy.in glo.id est non est opus querere etiam si voluerit compensare.Dy.imo videtur opus esse.vt.ff.de leg.j.l.ciuitatibus.§.vlti.sed ibi quando grauat onere fideicōmiſ.alij restituendi hic autem secum compensandi.ar.ff.ad leg.falc.l.sed et si seruus.j.z.ij.respōso.Dy.z de materia huius.l.dic.vt scripsi secundū Jacob.de ar.ff.sol.ma.l.si cum dotem.§.si pater.Ray. ibi.§.si centum.qz ibi loquitur cū honoratur in quantitate z gratur in propria specie.at hic econtra z ideo forte residuum petit cum vltra grauari non possit quem non fuerit honoratus.Jac..

1 ℣ Exclusio de parte vnius cēsetur inclusio in partem alterius.
2 Diuisio causa culture facta non constituit plura predia.
3 Legati petitio non extinguitur si legatarius rem illius generis consequatur.
4 Priuilegij causa dicitur finita si finiatur etas ob quam cōcedit.
5 Substitutionis verbum aptari potest ad fideicommissum.
6 Querela donationis inofficiose ad instar inofficiosi testamenti inducta est.
7 Aula non habet nepotem in potestate.
8 Solicitus nemo esse debet de vsuentis hereditate.
9 Volumus testatoris id operatur quod autoritas legis.
10 Filius non potest grauari ratione donationum quas capit inter vitos.

b **Vius.** b† Exclusio de parte vnius videtur inclusio in partem alterius.hoc dicit.Pl. vel sic secundum Dynū qui excipit domum cum ombꝫ que ibi sunt ea sola videtur excipere que ibi sint gratia perpetui vsus.Dy.ibi non cōtineri in predicta exceptione facta per testatorem:facta per testatorem ab institutione pronepotis.Dynus.Sed omnium facultatum sic vt ecōtra z de iudicijs.l.si fideicommiſ.Jacob.in ceteris scilicet argento z supellectili que ibi erant causa perpetui vsus.Dynus.z facit hec lex cum similibus quādo testator legat vxori sue omnia que sunt in causa sua quod nomina z instrumenta non veniāt.Dy.Item facit quod si aliquis in domum conductam instrumentum debitoris sui inducit quod non sit tacite obligatum creditori pro pensione.in contrarium est institut.de actio.§.item seruiana.z vide quod ibi no.in gl.z per Dynū z plene dixi.C.locati.l.certum glos.nec

glos.nec enim ibi nec minuunt consideratis ipsis corporibus rerum non vniuersitate.Dynus.in fiñ.quod hic non excipit chirographa expresse.ibi vero fuit legatum speciale.vel dic vt nota.j. titu.j.l.vxoris.§.legauerat.Dynus.

2 **Titius.** †Diuisio que est facta causa culture non cōsti tuit plura predia.hoc dicit.Dy.Et iste casus non est alibi:z facit quod frater minor possit prouocare maiorez ad diuisionem causa culture z perceptionis fructuum de quo di gi.C.de sacrosan.eccle.l.iubem⁹.z de predijs minorū.l.inter oēs.

3 **Titia.** †Si alicui legetur res in genere z legatari⁹ ex causa lucrativa consequatur rem vel speciem illi⁹ generis legati petitio non extinguitur.hoc dicit.Dynus. Oppone quod non videatur estimatio in obligatione.sed ipsa res.vt.j.de verbo.obliga.l.si seruum.§.effectus.Respondeo aut testator legat rem aut pretium:aut mandat rem comparari.Primo casu ipsa res est in obligatione.vt.ff.titu.proximo.l.si domus.§.si alicui.Secundo casu sola estimatio.vt.j.de nouatio.l.fundū cornelianum.tamen si vellet rem prestare auditur debitor.vt.ff.e.titu.l.si fundum per fideicommissum.Tertio casu videtur esse in obligatione quoddam factum scilicet comparatio rerū quia esse ctus comparatio.ad quantitatem rendit.glos.dicit quod videtur esse estimatio.Dynus.ibi tale fideicommissum quando voluit testeram comparari.Dynus.ibi quam in corpore specie non specificata.Dyn.z Old.ibi consistit.id est magis videtur quantitas.id est rei estimatio relinqui.Dynus.Quid si testator legasset testeram in genere;nec appareat vtrum testeram vel estimationem dari voluerit.die secundum conditionem persone deberi.argum.ff.de vsu z ha.l.plenum.§.equitij.an.℣e.dixi.ff.de iudicijs.l.sed z si suscepterit.§.si libertis.in glos.id est vas ad confirmandum ibi:sed in specie licet in genere.declara hec verba obscura hoc modo quod esset legatum,in specie quo ad solutionē quia non posset aliud solui q̄ ipsa species.id est tessera legata.quantitas enim in legato nō erat z quod subēcit licet in genere suppleas quātum ad obligationez quia in genere est obligatus:z ideo solutione cuiusque tessere mediocris liberatur:sed in casu nostro non fuit legata tessera,sed damnatus heres ad eam emēdam.ibi prestatur z post moram est pretium in obligatione.vt.j.tit.proximo.l.patronus.Jacob.m fi.si legatur capaci si non capaci tūc estimatio.vt.ff.eo.l.mortuo boue.§.j.Dynus.z vide quod not. z dixi per Bull.ff.de iudicijs.l.sed z si suscepterit.§.j.z.j.titu.j.l. penulti.§.alumno.

4 **Titius.** †Etate finita ob quaz conceditur priuilegiū dicitur finiri causa priuilegij.hoc dicit.Dy. Et ad hoc sepe allegatur.ibi mora facta est.scilicet de iure communi per interpellationem nouam factam.Dy.alias non deberentur ibi constitutum vt refertur.j.de fideicommiss.libertati.l. si vero.§.apparet.Dyn.ibi omnino.id est etiam nulla mora communi.seu interpellatione.Dy.scilicet moram communem.Dyn. ibi semel de iure communi.Dy.ibi perpetuo.id est quādiu mora perseueret secus si purgetur secūdum.l.C.de vsuris.l.acceptā. Simile perpetuo habetur.j.q.j.c.reperiuntur.in fiñ.z.j.ad carbon.l.ideoqꝫ in fiñ.z.j.de bonis.§.j.z dixi in alphabeto.z per hoc terminatur questio.Si statuto cauetur quod vxores bannitorum perpetuo sint bannite quod banno finito per mortem, mariti vel alio modo non intelligatur vxor bannita quia intelligitur quandiu vxor manserit z hoc propter verbum perpetuo hic positum pro hoc.ff.de donatio.inter virum z vxo.l.quintus.de auro z argen.lega.qui vbi de capitis diminutione.l.ij.§.fi.item alia ratione q: vbi interposita est pena nomine agnationis finiuntur tutele que deferūtur agnat⁹.ff.de capitis dimi.l.tutelas.z p hec. C.de infirmandis penis celibatus.l.j.de adul.diem suum.z de contratabu.l.si emancipatus.§.fi.Ja.ibi.debeantur donec mora purgetur.Dy.fi.Oppone q: priuilegium debet esse perpetuū. vt in auf.cōstitutio.que de dignitatibus.§.illud.extra de regulis iuris.c.decet.libz.vi.z.C.de diuersis rescriptis.l.ij.sed dic quod illud quādo sine alterius lesione:vel dic quod illud est verū quādo causa priuilegij durat.sec⁹ ea finita.vt hic.Dy.Et de hoc vide plene per Dy.dicto.c.decet concessum.z.xxv.q.ij.c.vlti.in glo. z per Archi.in glos.prima.in fi.z perpetuo.postea concurrunt vsqꝫ ad purgationem more vt hic dicitur.Dynus.

5 **Seia.** †Verbum substitutionis aptari potest ad fideicōmiſ.hoc dicit.In effectu ibi vere z sapide propria nomina sunt.Dynus.ibi ne eum scilicet fundum.Dy.ibi eumqꝫ scilicet fundum.Dynus.ibi infra manumisi not.quod vbi positio futuri temporis iungitur cum verbo preteriti temporis prepositio trahit ad se verbum z assumit significatum futuri temporis vnde bic exponitur manumisi.id est manumittam propter prepositionem infra ibi qui ne ex his omnibus.sed omnes viuebant vel etiam vbi si vnus tantum viuit z hoc sequitur.Dyn.ibi eos substituit quibus legauerat.Dyn.ibi ad alterum collegatarium superstitem.Dy.ibi gradus substitutionis.scilicet fideicommissarie.Not.quod dixi in casu summario quod verbum substitutionis aptatur ad fideicommissum ibi alterum:scilicet gradū. Dy.ibi nouissimus.l.vltimo decedens.Old.m glos.ex hoc patet ibi substituti.vt no.ff.e.l.cum pater.§.libertis.z not.j.e.l.codicillis.§.instituto.sed cōtra est aperte.j.titu.proxi.l.pater.§.mater. sed solue:vt ibi dixi.Dy.z ista glos.dicit quod verbum illa ne eum vendatis inducunt substitutionem non autem illa verba eumqꝫ qui ex nobis ꝛc.Et hoc dicit vt eatret contrarij de lege vel singulis.de vulgari z pupil.subſtituſ.sed tu dic quod vtraqꝫ verba inducunt substitutionē z hoc inmuit textus ibi quero cū nec in prima parte:z ibi in secunda tamē ꝛc.ita quod textus ibi inmuit expresse contrarium eorū que glo.dicit z quod illa verba substitutionē inducant probatur quia eo ipso quod rogat nouissimū voluisse videtur quod ad eū insolidū perueniat.vt.ff.titu.proxi.l.si seruus legatus.§.qui margaritā.z ad.l.vel singulis.respondeas quod ibi nō rogauit nouissimū sed voluit facere substitutionē directā quod nō potuit per illa verba sed fideicōmissaria sit vt hic. Dy.in gl.hic de alio ibi nō posset quod videretur ferū si sapidus vltimo decederet.Dyn.ibi vel alius puta berillus.alias verillus. Dy.ibi restituere⁹ quod videretur facrū.si berillus vltimo decederet.Ol.vltimo collige ex isto.§.quod si duo sunt granati restituere tertio.quod per mortē vnius nō debeat fieri restitutio.ſz solū per mortē vltimi:pro hoc.j.de vsufru.legato.l.codicillis ad trebel.l.lucius.§.gaio.de vulga.z pupil.subſtituſ.l.qui duos.et ad leg.falcid.l.pater.z determinatur p ista parte p.l.penul.que incipit.cū quidā.de impuberū z alijs substitutis.Dyn.z ibi plene notaui in contrarium facit.ff.e.l.si.§.penul.qui incipit filium.

6 **Imperator.** Ibi verbis salutem.Dyn.z illud quod sequitur z dic quod donatio inofficiosa reuocatur.hoc dicit.Ibi pro dimidia eius quod fuit.Dyn.in glos.dicas quod auia ibi inducta aliquoties.ita argumentatur glo.† querela inofficiose donatio.est inducta ad instar inofficiosi testamenti.vt.C.de inofficio.donatio.l.penul.sed per querelā inofficiosi testamenti reducitur res pro parte ad causam intestati ergo ꝛc.ad ita dicunt.Querela inofficiose donatio.est inducta ad instar querele inofficiosi testamenti rescindit testamentum in totū ergo ꝛc.ad contraria soluēda dic aut instituit vnus de filijs cū extraneo z alter exheredatur z tūc pro parte tantū rūpitur testamētū.vt.l.cū duobus.de inofficio.testamēto.z tunc vēdicat sibi locū primū arg.glo.aut instituitur extraneus tātū.z filiꝰ exheredatur z tunc in totū rescinditur.vt.ff.de inofficio.testamēto. l.papi.§.ex causa.z habet tūc locū secūdū ar.glo.dy.ibi in qua.f. querela inofficiosi testamēti.Dy.ibi inoffi.testamento.l.j.z.ij.dz dicere.de inofficio.donaf.ibi.l.si mater fi teneas ista opinionem. Oppone ad eā de.l.si vnquam.z.l.si liquet.e.tit.de inofficiosis donaf.Itē quia hec ad similitudinē querele inofficio.testamenti est inducta,vt eo.titu.l.penul.z inofficiosi testamenti querela deducit rem ad causam intestati.Item quia hic loquitur indefinite dū dicit id quod donatū est ꝛc.ergo vniuersaliter q: indefinita equippollet vniuersali.ar.ff.eo.l.si pluribus.vnde dic quod reuocatur in totū.vt dicta.l.si liqueat.z.l.precibus.e.ti.de inoffi.dona.Dy.Item quero quid si diuersis tēporib⁹.item quero iure reuocetur.Dy.ibi hec extraneo hoc est cōtra textū dū dicit in nepotē factis.Dy.sed potest respōderi quod hic loquitur † in aula que nō habet in potestate.vt instit.de adopt.§.femine.z ideo extranei dicuntur.vt.C.de ri vxo.actio.§.extraneū.sed certe in.l.si totas.eo.ti.de mofficiosis donat.patet quod de emācipato loquitur z ideo videtur hic intelligēdū de extraneo.l.nō coniuncto ibi in quinta questione sed mihi videtur ita dicendum aut pater donauit ante natiuitatē filiozū reuocare volenciū aut post:z si ante aut donat filijs z tunc reuocatur tātū debitū iure nature aut donat extraneo z tunc reuocatur in totū:z est ratio quia non videt tunc filios consilio fraudare cū tunc nati nō essent sed cuz extraneo donat lex presumit q̄ nō donasset si filios habuisset.ar.C.de reuo.dona.l.si vnquam.si autem donat post natiuitatē filiorum credo habere locum distinctio.domini.Hug.qa aut donatio est inofficiosa re z consilio aut re tantum ꝛc.z hoc videtur confirmari per finem huius.§.vbi indistincte respōdet ibi id quod donatū est ꝛc.Dy.de hoc satis no.z dixi dicta.l.j.C.de reuocāndis donatione.in eadem glo.ibi mortuo so.istud quod dicit est verū quando donatio ab initio non erat inofficiosa sed factū fuit propter libe ros superuenientes.l.si vnq̄.C.de reuoca.donat.secus si ab initio fuisset secundū ℣e.in eadem glo.in fi.vel dic aut precedentes donationes per quas inofficiositas nō apparet ab initio remiserunt vt quia collate in extraneos vel in filios emancipatos z tūc licet per sequentes donationes appareat inofficiositas nō dimittuntur nec reuocantur precedentes sed sequentes tantū.ar.j.de iure patro.l.si libertus.§.vlti.z.§.plane.aut a prin.nō remiserunt sed indigent confirmatione per mortē:vt quia collate in filios in

potestate

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestate constitutos vel in vsore tunc idem seruatur quod in legatis z fideicommissis.vt.C.ad.l.fal.in.l.in don.z ideo precedē tes per sequentes minuuntur.vt dicta.l.in quantitate.§.fed si le gata ad.l.fal.z.e.tit.l.penales.§.annua.z.l.plautius.Dynus.de hoc plene no.z dixi dicta.l.i.C.de inoffic.dona.z de sacro sā.eccle. auten.hoc ius porrectum.vers.Item querit predictus Bartolo meus si episcopus fecit plures donationes.Item querit vtrum 2
8 reuocet ipse pater vel auia in vita sua gloss.quod non.in.l.si to tas.C.de inoffic.dona.idem tenet Jacob.de ra.† quia non debet quis esse solicitus de hereditate viuentis.Item nec ipse dona tor:quia veniret contra factum suum sed certe hoc dutum vide tur:vel ponas omnia bona donata quia sic egebunt filij ad que respondent quod onus alendi spectabit ad illum in quem dona tio est collata vt ibi sit onus vbi est emolumentum vt regula iur. secundum naturam.z de hoc tangitur.j.§.proximo.

9 **Lucius.** †Illud quod operatur legis autoritas opera tur etiam testatoris voluntas.h.d.Dynus.vel clarius pater potest grauare onere fideicommiss.filium cui dona uit inofficiose.h.d.ibi.vnum filium subaudi.l.gaium ꝛc.Dyn⁹. ibi.imploratur quia fideicōmissaria ab eo relicta excedunt dodran tem eius quod in testamento eius relictum est.Dy.ibi.cum san ctissimus impator.sic.j.de natalib.restit.l.querit.ibi ex donatio nibus.s.in eum per patrem colla.Dy.ibi post literas imperator um de quibus fit mentio.§.§.prox.Ol.ibi pro his.f.filijs.Dyn. ibi.intercidit grauatur ergo filius.Dy ñ.ibi.intercidit grauatur ergo filius non solum in eo quod hereditario iure capit:sed etiaꝫ in donatio.m vita patris reuocandis per querelā inofficiose do nationis poterat reuocari z tenetur actione ex testamento qua si nō interiit sua qua autoritate cōueniatur.vt.§.ad velle.l.quā tus.§.si mulieri.vers.sic.plane.z de nego.gest.l.antepenult.Jaco. ibi.sed si.id est quamuis.Jac.ibi.falcidia lex intercidat habito respectu ad id quod erat in testamento relictum non ad id quod erat inter viuos donatum.Dy ñ.ibi.insolidum non deducta fal.
10 Dy.ibi donationum inter viuos factarum.Dy.op.†quod non possit filius grauari ratione donationum:quia eas non capit ex vltima voluntate sed inter viuos.vt.§.e.l.vnum ex familia.§.sed z si fundum sed dic quod non irrecuparabiliter ceperat z ideo grauari potest.vt.§.e.l.sequens questio.Item op.quod non pos sit venire cōtra factum suum.vt.§.de adoptioni.l.post mortem. so.vt ibi.Dy.in glo.venit ibi quod iure scilicet factum.Dynus.

1 Pecunia exacta in fideicommissum cadit in eandē pecuniam conuersa.
2 Minister simplex nullum commodum sentire debet.
3 Legatum sub modo relictum statim peti potest prestita cautione de modo implendo.
4 Grauatus ad onera ad soluenda tenetur non ad soluta.
5 Legatarius modum legato adiectum impeditus implere admittitur ad legatum.
6 Procuratores duo si constituantur z ante lit.contestationē vnus moriatur an possit alter in causa procedere.
7 Legatum an perdat qui heredis personam impugnat.
8 Tutor faciens sibi relinqui quod testator volebat pupillo relinquere inquantum teneatur pupillo.
9 Heres de restituendo rogatus post tempus si quedam ante tempus soluerit non cogitur residuum soluere ante tempus.
10 Legatarius specialiter nominatus pro portione virili cum aliis vocatur.
11 Legatorum duplicatio ad que trahātur legata.
12 Duplicatio legatorū quare nō extendatur ad legatum dotis.
13 Heres actiones cedere debet contra debitorem chirographo legato.
14 Legata in defectum testamenti relicta a venientibus ab intestato relicta censentur.
15 Confessio ex falsa causa in volūtate vltima inducit fideicommissi petitionem.
16 Verba generalia in beneficijs sic restringuntur ne odiosi compre hendantur.
17 Naturales in seruitute concepti veniunt liberorum appellatiōe.

1 **Lucius.** †Pecunia exacta z in eandē pecuniā conuersa in fideicommissum cadit.h.d.ibi concessi nō ad id quod dicetur.j.tit.prox. l.vtor.§.fiñ.ibi.habeatur hucusqꝫ sunt verba testatoris z sequuntur verba iuris consulti ibi calēdarum fecerat.f.ante testum.Jacob.ibi.dicta est inter istum filiuꝫ z alios heredes in iudicio fa-hercis.z subijcit placuit.f.iudicanti.Jac.ibi.remanserat:id est quod creditū erat nomine filij z nondū exactū.Dy.z idē videtur etiā si pater non prelegasset nam mutuando nomine filij videtur sibi donare.vt.j.de dona.l.fina.§.fi.z sic morte confirmatur.vt.C.de donat.causa mortis inter virum z vxorē.l.do
nationes z de inoffi.dona.l.ij.Jaco.ibi.z deberi hoc filius alle gabat.Ol.ibi.non etiam hanc partem sententie coheredes ipsius filij contra ipsum filium allegabant.ibi conuertisset.id est nosti ne filij mutuasset Ol.z facit hec.l.ad questionem notatam.C.fa hercis.l.filie.si aliquis emit rem nomine alterius quod videatur sibi dona.pro hoc.j.de dona.l.nuda.l.z de solu.l.si cum colleb⁹.

2 **Ute peto.** †Simplex minister nullum commodū de ber habere li.de op.quod nō reddat.vt.§. man.l.antepenultima.§.si inter.op.quod nō liceat sibi minus ex pendere.vt.j.de verbo.signi.l.cum testamento.z dic vt ibi not.et dixi z no.etiam.§.de neg.gest.l.aliena.§.libertas.vel dic quod in l.cum testamento iniungerit heredi qui videtur in fraudem mi nus expendere cum remaneant penes eū hic alij.vt not.§.de peti.heredi.l.hereditas.§.si defuncto.Dyn.vltimo no.quod iste.§. allegatur ad questionem ambasiatorū quibus pro ambasiata so lutio facta erat pro vno mense z ipsi expediuerunt z redierunt ad.xv.dies an teneātur pro rata temporis restituere:hic est enim argu.quod sic.Dy.z pro hoc.j.de verb.ob.l.continuus.§.cum ita.vbi de hoc dixi vel dic quod aut salarū est eis datum gratia oneris vel pro suo labore aut gratia expensarū z primo casu non refundant.vt.§.si inter man.l.antepenul.secundo casu sic.vt.l.se io in princ.de annuis legatis.Guill.de suz.in suis questionibus statutorum.vltimo folio.versi.pone statutū est q quilibet amba siator dicit determinatū fuisse per dictum.§.si inter.quod restituere non teneantur.sed q prius dixi verius credo z vidi seruari.Pet.Item facit ad questionem si quis vouit re ad sepulchrū z infirmatus nō potuit transire:sed in testamento ordinauit qđ reditus cuiusdā predij darētur titio vt iret pro eo,legatarius sta tum mortuo testatore petit legatū,heredes dicunt quod haberet demū cū redierit.iste.§.facit pro heredib⁹ z pro eis.z etiā facit.§. de iure dor.l.tali facta stipulatione.z de verb.obli.l.eum qui certarum.in princi.cum ibi notatis z in contrarium est pro legata rio.j.de alimentis legatis.l.seruos.z videtur expressum.j.de cōdicio.z demon.l.quibus diebus.§.fi.per quem.§.terminat.Dy.
3 †Et q est relictū sub modo ergo statum peti potest prestita cau tione de modo implēdo.vt.C.de his que sub modo.l.j.z.ij.Dy. Ipse tamen tenet contrarium dicta.l.quibus.§.finali.

4 **Que a marito.** †Grauat⁹ ad onera tenet ad soluenda nō ea que soluta sunt. h.d.ibi.Percipitote:id est ante partem capiatis.Dynus.ibi.bo ni sue ibi facultatibus.Dy.ibi.domini mei no.quod vxor vocat maritum dñm sic econtra.j.titu.j.l.vxorem.in prin.ibi solui.sci licet ergo vxor.Dy.de propriis bonis ibi agnoscatis ibi solua tis vel ratum habeatis.Dy.ibi.Fructus cepisset de bonis mari ti.Dyñ.ibi.Dedisset.i.creditoribus soluisset.Dyn.ibi.superes sent cum reliqua essent soluta.Dyn.De fructibus hereditatis mariti.Dyñ.Non ob.j.de condicio.z demō.l.quibus diebus.§. j.vt ibi not.In gloss.vlti.ibi.Sed bene potest pom Azo.z ideo quia percepit de re sua ideo sibi non computat.sic.ē.sol.matri.l. diuortio.§.impendia.z.l.insulam.§.j.z nota.§.de rei vendi.l.emptor.Secus aūt si de re aliena percepisset licet esset bonefidei possessor.vt.§.de rei vend.l.sumptus.Jacob.

5 **Quisquis.** †Impeditus implere modum per casum ad legatuꝫ admittitur.h.d.ibi.Herede sue erunt subaudi que infra legauero valere volo.Dyn.ibi.Lucius antiquus heres pro parte.Dy.ibi.vna cum pamphilo-ibi.Lucius et aduerbiū congregandi vt simul vna pariter:z proferatur accen tu grauis.z vide.ē. de iniusto testamento.l.certū.z quod ibi not. z in alphabeto dictione vna ibi pertinuit iure accrescendi.Dyn. Quasi dicat nō ad pamphilū legatarij q; inter cōiunctos diuer so iure nō est locus iuri accrescendi:vt hic.z.j.de bonorū possess.l. sed cū patrono.z.C.de fideicom.l.eam quam.ibi pamphilus col legatarius.Dy.ibi.Responde admitti.f.ipsum pamphilum ad petitionē instrumēti.dyn.¶ Oppone primo q pamphilus con sequatur totū cū in legatis sit locus iuri accrescendi.vt.§.is ita. C.de caduc.tollen.¶ Secundo oppone q nihil consequatur qa impeditur implere modum per casum in personā collegatarij cō tingentem.vt.j.de conditio.z demon.l.in testamento.So.aliud in modo:vt hic.z.§.titu.prox.l.si fundū per fideicommissarium. §.iul'.z aliud in conditione:vt ibi.z no.C.de institu.z substitu.l. j.Imo dic q hic modus non fuit causa finalis relicti sed impul siua que in dubio presumitur.vt.j.de donatio.l.ij.dyn.Allega tur iste.§.†quod si constituo duos procur.ad vnā causam z vn⁹
6 moriatur ante lit-contesta.an superstes possit procedere in cau sa.z hic est ar.q; sic.Et idē potest dici si moritur vnus de duob⁹ cōmissarijs seu executoribus vltime voluntatis z est casus extra de testamentis.c.vlti.§.fi.libro.vj.z dixi in.l.nulli.C.de episco pis z clericis.z pro hoc etiam facit.j.de fideicōmiss.liberati.l.si legatario.§.si duob⁹.vbi de hoc dixi.z de solut.quod si forte.§. sunt quidam.In glos.prima ibi.l.seia.§.vxor.z.j.titu.prox.l.si sic.z.l.

sic.z.l.si tibi pure.z.§.titu.prox.l.si seruus.§.si ita.Jaco.ibi.Et parte hec in hereditate vbi offensa non nocet:z ideo male dicit hec glo.ibi non in legato dicunt nocere offensam.Jac.ibi.de stipu.l.iij.sed dic vt ibi not.Jac.vel dic q ibi loquitur in contractib⁹ inter viuos qui plures diuersis temporibus reputantur,vn de plus capit sepius nominatus hic in vltimis volūtatibus que vno tēpore reputantur,scilicet mortis z sic non pluries capit se pius nominatus.vt.§.e.l.meuius.§.cum.]Per.in glos.quia pam philum ibi.secundum Azo.hanc tenet]Pe.Sed opponitur eis. §.tit.prox.l.plane.§.duobus.z.l.legatum.§.heredi.secundum quosdā ibi.§.pro secundo.vel dic q aliam habet toram iure ac crescendi.ar.§.de lega.j.l.plane.§.si duobus.z.l.legatum.§.here di.Jac.ibi.Alij dicunt totā dimidiam:sed hoc nō videtur pro cedere:q; pamphilus erat coniunctus re z verbis in re legata:vt patet ex litera dum dicit vna cum pamphilo.z.§.de legat.j.l.tri tie textores.§.nihil.Dy.preterea coheres habet partem que con tinebat lucrum iure hereditario sine cōiunctione,vt.C.de caduc. toll.l.vnica.§.his itaq;.Et ideo oppi.ad eam q; cum pars lucri habebat onus z isto modo non potest impleri per pamphilū vi detur quod pamphilus nō habeat q; cum labor diuiditur:alias diminuitur z emolumentum.vt.j.de auro z argento legato.l.se io.in princ.Sed non obstat q; pars accrescit cum onere si onus potest impleri alias sine onere venit:vt dicta.l.§.sui autem in fa ciendo.z hoc dicit iste.§.in fine,secūdum]Pet.ibi.ad coheredem imo illa ad collegatarium spectat.vt.§.tit.j.l.plane.§.si duobus. et.l.legatum.§.heredi.Jac.primam approbant Dyn.z Oldra.

7 **Sempronia.** †Impugnans personam heredis nō perdit legatum sibi relictum.et similem modum legandi habes.§.tit.prox.l.ab omnibus.§.j. Jaco.ibi.Si heres non esset sempronia.**Dyn.ibi.Accepit desti**natione testantis ibi monit.scilicet sempronia.**Dynus.ibi.q;** pro quia.Dyn.ibi.Dolo eius.f.instituti.Dy.ibi.eam sempronīam. Dy.ibi.q; non impugnauit testamentū sed personā heredis:vt dixi in summario.z hoc tollit cōtraria z eodē modo sol.j.de his qui.vt indignis leg.cum tabulis vel aliter.vt.j.dicam.In gloss. actione de dolo:ibi.§.z hic peruenit,hoc nō verū nec ob.§.z hoc peruenit.loquitur in administratore quia a die administrationis sibi commisse tenetur alienam vtilitatem procurare hic in extra neo prosus.Et est ratio quia cui plura committūtur ꝛc.vt.§.de episcopis z clericis.l.prescriptis.hanc opi.Dyn.sequitur.]Pet. Sed tamen ista glo.concor.gloss.que est in auf.vt cum de ap.co. §.causas.z incipit gloss.que dicunt in eadem glos.est in dicto.§. z hic peruenit vt nulli iudicum.hic in glos.allegato quas glos.se quitur Guil.C.si quis aliquem testari prohi.l.j.z.§.de in integ. rest.l.omnes.pro opi.Dy.facit textus dicti.§.z hic peruenit.duz dicit extraneis licet factos ꝛc.per quod patet q; loquitur in ad ministratore seu officiali pro glos.facit ipse.§.dum dicit.aut alij cuilibet quia cum prin.l.est generale tota est generalis.§.de iur. z facti ignorā.l.regula.§.fina.Dy.Opinio communiter appro batur z quod sequitur in gloss.quod consiscantur intelligas cum proximior defuncto prohibuit testatorem testari si vlterior,scus. vt dicta.l.j.§.si quis aliquem testari prohibuerit.Et nota q; per
8 hanc gloss.determinatur questio sabbatina.†Si tutor fecit sibi relinqui quod testator volebat pupillo relinquere inquantum pu pillo teneatur z formatur in glo.z non soluitur.C.de admi.tuto. l.pupillorū.arbitriū tutele.l.quicquid.vbi plene dixi.z.j.ad mu nicipales.l.titio.Dy.Et eodē modo si papa volebat facere gra tiā alicui z alius impediuit q; sibi teneatur.in cōtrariū facit.j.de iniur.l.iniuriarū.§.si de honoribus.In gloss.imo perdit ibi que sunt cōtra.z.§.de mofficioso testamento.l.papi.§.meminisse.Ja. z extra de regulis iuris.c.ex eo.lib.vj.de hoc per Dynus z alios ibi:contra testamentū:nec obstat ad hanc sol.j.de his qui.vt in dignis.l.cum tabulis.quia ibi legatarius accusauit heredem de tali crimine quo probato testamentū non teneret hic secus.]Pe. in fiñ.z no.in auf.vt cum de ap.co.§.sed coniunctus.

9 **Testator.**]Heres sponte solutionem an differre possit h.d.Vel sic†si heres rogatus dare post tē pus quedam sponte soluit ante tempus residuum soluere ante tē pus non tenetur.Dy.Et sic est duplex lectura:ibi.sua sponte:id est ex certa scientia.per quod apparet eum renuntiasse dilationi. Dy.ibi.Representationem.i.commodum representationis illius medū temporis.Dy.ibi.Legati eidem persone relicti.Dyn.ibi. Debere integrum nulla diminutione facta.Dyñ.In glossa ca sus ita ponitur ibi.secundū.R.hec positio magis conuenit lite re & Azoni:sed vtraq; casus positio de iure continet veritatem. Dy.Et dic q; secundū Azo.est in litera:an ob id quod ante die ꝛc.vt.j.de reputare.secundum.R.est m litera an eius quod ante die ꝛc.vt.j.reputare.z ista est cōmunior litera.Ol.ibi preiudica uerit quod remouet.z pro hoc.C.de excusa.tuto.l.voluntarie.cū ibi notatis.Jaco.ibi.tempore plus soluit.Item ibi subtiliter a
gnouit vires substantie hereditatis:vt ibi dicitur.Dynus.

10 **Lucius.** †Legatarius specialiter nominatus vocatur pro portione virili cum aliis.h.d.Dyn⁹.Vel sic dispositum sub nomine comprehendente plures cū signo de monstratiuo facit singulos viriliter admitti.h.d.ibi.de nomine familie mee.hec verba manifeste ostendunt contemplatione fa millie relictum non contemplatione fcie.alias ipsa in dimidia vo caretur.Dy.ibi.]Perspicuam esse.i.apertam z claram.Dynus. In gloss.viti.ibi.ij.responso.hec sol'.est contra textum huius.§. Dynus.ibi.Vel dic hec vera.Dynus.ibi.vel aliud equipollens: scilicet illud verbum portionem.Vel dic verius vbi legatur plu ribus sub vna enumeratione generali z alij sub enumeratiōe spe ciali:si illa enumeratio generalis profertur sub signo distributi uo:puta quisquis ꝛc.tunc omnes admittuntur ad virilem:alias specialiter nominatus habet tantum solus quantum omnes alij, et ita loquitur contraria nisi signum demonstrationum apponatur:vt puta libertis quos testamento manumisit ꝛc.quia tūc admittuntur omnes in virilem z ita hic quia demonstratio vice no minis fungitur.vt.§.si certum petatur.l.certum.vnde videntur omnes specialiter nominati secundus]Pe.Contra hanc so.]Pe. facit dicta.l.si pater.de vulg.substitutione.vbi dixit quos mihi instituit:z qz hic est copula quare communiter tenere.sol'.Dyn. et de hoc etiā nor.§.de heredi.instit.l.liber homo.§.titius heres.in fi.ibi nō inuenietis in glo.sed notari solet p doctores.vt ibi dixi.

11 **Impuberem filium.** †Duplicatio lega torū trahitur ad le gata que consistunt in quantitate non ad ea que consistūt in spe cie.h.d.Vel clarius z in idem recidit.duplicatio legatorum non pertinet ad legatū dotis nec specierum:sed ad legatum quantita tis.h.d.ibi.Et si impubes hoc est subst̄itutio-dyñ.ibi.ab heredi bus substitutis.dy.ibi.sensisse siue dos ea erat in specie siue in quā titate quia testator volebat duplicari ea que dederat.vt.§.ibi quicunqꝫ pumis tabulis ꝛc.sed dos non videtur dari.vt.§.eo.l. cum pater.§.fidei tue committo.dyn.¶ Oppone.de.l.quid ergo.§.si quis duos.§.de lega.j.Sed ibi diuerse erant persone he redum separatim damnate sed z hic diuerse qz institutus z sub stitutus.Sed dic q; quantum ad hoc grauamen presumendum habentur loco vnius.vt.§.de legatis.j.l.si cui serui omnes.§.si a filio.z.l.quid ergo.z nota eo.titu.l.seruo alieno.§.si quis a pri mo.Dynus.ibi.possidebantur per legatarios que erant ab im pubere soluta.dy.ibi.Substitutis passiue.dyñ.ibi.peti posse per legatarios.dy.In glo.aliquos extraneos:vnde non videt dos
12 dari sed reddi.vt.§.e.l.cum pater.§.fidei tue committo.† Et hec potest esse ratio quare duplicatio nō extendatur ad legatū dotis quia verba testatoris duplicantis non porriguntur z sic non re fert quantum ad casum huius.§.consistat dos in quantitate vel in specie:sed m alijs legatis refert:quia due cause lucrative in ea dem specie ꝛc.dy.vt instituto de legatis.§.si rem z patet ex fi.hu ius.§.z sic intelligas sequentem glo.vbi etiam commodum pos set ista aditio adiri.vel dic secundum]Petrum q; legando dotez videtur legatum commodum medū temporis.vt no.§.eo.le.me uio.§.i quod commodum non potest duplicari nec aliud com modum.de quo dixi dicta.l.menio.§.i.z pro declaratione totius materie istius.§.vide quod notaui.§.eo.l.si pluribus.§.fiñ.

13 **Quibus.** †Legato chirographo sufficit q; heres ce dat actiones contra debitorem.h.d.In glo. sic.§.in fi.sed dic q; ibi legatum perfectum precedit postea sequi tur demonstratio vnde debeat solui.z tunc obtinet.l.contraria. z.j.titu.j.l.paulo.§.fi.Si vero in actu legandi testator demon stratione vtitur tunc illa demonstratio est coarctata iuris legan di ad rem demonstratam:vt hic.z.j.titu.j.l.necessarium.§.vni. tunc solum actionem legare intelligitur siue quod habet.vt.§.e. l.vt heredibus.§.fi.z.§.tit.j.l.si sic.§.i.z apud inf.§.si titius.argu men.contra.j.quando dies legati cedat.l.si vno.in princ.Jaco. de are.Dynus autem in fin.eiusdem glos.sicut addit.Sed hic pri mum erat quasi species relictum.z ideo secundum in eius locum succedens est eiusdem nature.vt.§.de donatio.inter virum z vxo rem.l.si donate.§.si sponsus.z.j.de conditionibus z demonstra. l.fille.§.a titia.ibi autem erat relicta quantitas.Et ideo per de monstrationem postea subiectam non diminuitur.]Preterea dici posset q; etiam secūdum fuit hic vt species relicta propter de signationem cōtra quod est prealegata.l.quidā.Vel dic q; hic secundum legatum substituerat erat loco primi:vnde idē ius ser uari debet in substituto quod seruaretur in illo cuius loco substi tuitur:sed in illo primo heres cedendo actionem liberatur ergo z m isto.dyn.Vel dic secūdū Jaco.de bel.q; ibi testator legauit pure quantitatē certā z postea demōstrauit vnde sine incōmodo heredum solui poterat hic quē testator primo loco legauit chi rographū.Et per consequēs actionē:postea loco eius iussit ex alterius debito dari vnde videt scōo sicut z primo legasse actionē

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ista Lest notabilis z pius declaratione vide 14 Bart.z Jo. de imol. hic.

quia substitutum sapit naturam eius cuius loco substituitur: vt hic z.ff.de cōditio.z demon.l.si filie.§.j. Jaco.de bel.omnes solutiones sunt bone z ad eundem effectum tendentes.

Filiam. †Legata que relinquūtur in defectu testamenti hoc est institutorum z substitutorum videntur relicta a venientibus ab intestato.h.d.z per hoc confunditur glos.posita in auk.ex causa.C.de liberis preteritis et exheredatis et quod ibi not.et dixi ibi plene. Item not. quod verbum pertinet trahitur ad fideicommiss.pro hoc.ff.de vsufructu.leg.l. codicillis.vnde est argu.quod si filius meus decesserit in pupillari etate volo quod ad tales pertineant bona mea quod ista nō fit pupillaris substitutio directa sed fideicommiss.Dyn.de verbo peruenire dic vt dixi.ff.ad trebel.l.heredibus.

Quisquis. Cum legetur per fideicommiss.debetur ex causa fideicommiss.licet in vnitate debi-
15 tum non existat hoc dicit Dynus.vel sic.†confessio ex falsa causa in victima volūtate fideicommiss.petitionem inducit.ibi:sciatur hec confessio fuit indiscreta. Oldr.ad est sine causa.Oldr.ibi: et deposita hec fuit discreta z cum causa.Old.ibi. z deposita que etiam pro tunc pro reddi z soluti iudeo sed quid si ista verba nō fuissent apposita dic quod idem esset et locum haberet iste.ff. arg.ff. de dona.l.ex hac scriptura.z pro hoc quia sufficit si iudex pronūtiet aliquem debere licet eum non condemnet. vt.ff. de iudicijs.l. si pretor.z de edili.edicto.l.quero.z sic minus est scriptum z plus dictum sic.C.de arbitris.l.ne in arbitris.ff. de here. institu.l.i.ff. ad municipales.l.j.et.ff. eo.l.vnum ex fa.ff. sed omissa. Jacob.et no.bene.§.iſtum quia non memini alibi ita clare quod si testator confiteatur in testamento se debere centum titio:z non ex prima ex qua causa quod licet non possit peti videtur debitū si nō probetur:potest tamen peti vt fideicommiss.z hoc sepe occurrit mihi et mirabile et notabile videtur q ex confessione ad obligandum sine causa agatur et peratur vt fideicommiss.de hoc notaui C.de probatio.l.rationes.et de non numerata pecunia.l.generaliter.z de falsa causa adiecta.l.j.z bene.ff. de lega.iij.l. cum quis decedens.§.codicillis in glōssa prima in fi.sed hic est nuda scriptura non vallata consensu recipientis.et.ff. de dona l.nuda ibi fuit cō sensus recipientis confessionem. Old.vel secundum Jaco.de bel. ibi loquitur de confessione inter viuos hic in vltima voluntate. Item ibi prestante aduersario hic eo absente vel dic vt no. dicta l.generaliter. Jacob.de bel.in glos.vt.z.ff. de dona.in fi.z distingue quia si ad alium liberandum dic vt dicta.l.i.C.de falsa causa adiecta.si ad se obligandum aut capaci aut nō capaci aut iurat aut simpliciter cōfiterur aut quantitatez certā aut nō vt dicta.l. ratione.cum ibi not atis.z.ff. de dote prelegata.l.prima.§.penule.

16 **Lucius.** Si testator leget alimenta libertis non videtur eis legasse quos licentiauit.h.d. Dynus. †et no.quod verba generalia etiam in beneficijs restringuntur vt odiosi non comprehendantur. Jacob. Item potes etiam sic sumare offendentibus non prohibentibus sequens meritus non debetur legatum.sed opp.de.§.rogo.ff.eo.l.cum pater.fol. patet ratione precedentis offense. Dyn.ibi an dame z pamphilo qui propter offensam testatoris de domo licentiat erant vt predixi. Dy. ibi. Presteretur ex actibus nempe viuentium z deficientium voluntates colligitur:quare libertorum communi nomine nequaquā indignatione et offensa manente creditur:eos significasset testator quibus alimenta viuens denegauit iratus.R. Oldr.

17 **Dame.** †Appellatione liberorum continentur etiam naturales in seruitute concepti.h.d.pro hoc.ff.eo.l. cum pater.§.volo z ibi dixi ibi naturalis erat pamphili cui erat relicta directa libertas z fideicommiss. Dynus.ibi fundi.ff. scripti a patrona relicti. Dy.ibi filie sic,scilicet pamphile. Dyn.ibi. Pamphila manumissa et primo testamēto. Dynus. ibi Claudius predicta cōfirmans per rationem que sequitur. Dynus. in glo.que est in fi.imo debet allegare.l.si vsufruct.mihi legatur in glo.vlti.in fi.iſte.§.z ista glo.sunt ar.quod si concedo tibi z filiis tuis rem in emphiteosim quod etiam naturalibus.vide ar. concessisse ar.contra.ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.l. filium.§.i. distingue.vt.ff. ad trebel.l.ex facto.§.si quis rogatus. Dyn. z de don.inter virum z vxo.l.si donatre.§.sponsus.z.ff. de condītio.et demon.l.filie.§.titia ibi.l.generaliter.§.fi.z dic vt ibi no.z dixi.

1 ☞ Possidentis melior est semper conditio.
2 Legatarius obtinet si fideicommissarius sit incapax.
3 Fideicommissarius consentiens alienationi rei sue quando z in quo sibi preiudicet.
4 Locare potest ad tempus qui alienare est prohibitus.
5 Succedere non potest cui aliquid relinqui prohibetur.
6 Vasallus occidens sororem domini non priuatur feudo.
7 Adulterium an sit grauius homicidio.
8 Homicidium dicitur enormie delictum.

